

Vixit in
Franconia,
anno 1477.

IOANNES EGEN, vixit in Cartusia Herbipolensi anno Dñi 1477. putaturq; quoddam *Divini amoris* scripsisse alphab-
etariū, super mystica Theologia, quod et iamnū manu ictum in præfata Domo adseruatur. Ad cuius calcem hæc legutur:
Qui hoc libro vietur, eret p Ordine Cartusiensi,
ex cuius fonte hæc procedunt, &c. Anno mille-
 simo quadringentesimo septuagesimo se-
 ptimo, deinde quoq; adjicitur nomē, Fra-
 tris IOANNIS EGEN: qui vtrum libri
 huius scriptor sit, an potius effector, neu-
 trum quod affirmem habeo. Quin imò,
 ipsi etiam Herbipolenses, qui hæc mihi
 communicarunt, mecum pariter ambi-
 gunt, manetq; etiamnum sub iudice lis.

Obiit anno
M. CCC.
LXXV.

IOANNES HAGEN, dictus de I-
 NADIGINE, cùm esset annorum 25. ingre-
 fuscit Cartusiam Erphodianā, idq; circa
 annum Domini M. CCCC. XL. Fuit
 verò duobus in locis P R I O R; nempè, *in*
domo gratia Dei, propè Stetinum, & *in domo*
S. Elisabetha, propè Isenacum, in Thuringia;
 adeo vt non sine causa admirari li-
 ceat, vnum eundemq; hominem tot tan-
 taq; literarum monumēta legendo per-
 currere, nedum ictibendo componere
 potuisse. Cuius equidem ingenium, eru-
 ditio, ac doctrina, Christiano Lectori vt
 magis innotescat, editus est nuper libellus

vnuus

Vnus aut alter huius eiusdem Auctoris, de
 perfectione & exercitijs sacri Cartusiensis Or-
 dinis, apud Bernardum Gualteri, in formâ
 12. ex quibus tanquam ex vngue, leonem
 licet dinoſcere. Vtinam verò diuini nu-
 minis gratia superiorū corda ad hoc stu-
 diosius inflammarentur, vt reliquā, quæ
 supersunt, è latebris eruta, in lucem pu-
 blico bono darentur. Fuit etenim in hoc
 viro incredibilis quædam memoria, plu-
 rimarum & maximarum rerum doctri-
 na, nec non & diligentia in elucubrando,
 constantia in perseverando, iudicium in
 discernendo. Qui vsque adeo librorum
 ſcriptioni intētus fuit, vt ne tum quidem
 à commentandi ſcribēdiq; labore con-
 quietcere potuerit, quando in paupercu-
 la quadam Cartusia ſimplex cellita deli-
 tescens, candelarum vſu, alijsq;que admi-
 niculis ad elucubrandum necessarijs om-
 nino deftitutus fuit. Ita namque iuuenes
 à Patribus nostris accepimus, eum scili-
 cet, cùm non posset ſufficienti potiri lu-
 mine, interdum ex offis, pinguioribus
 que elculentis luminis fomitem ſibi ipſi
 concinuiffe. Vnde etiamnum pleraque
 ipſius ſcripta, propria manu exarata, pin-
 quedine vndequaque inſigniter fuit de-
 libata, ac benè inuēta.

Cæterū, quia volupe eſt Lectori ſcire,

quam ingentem vnuis hic solitarius homo librorum molem solus conscriperit, non pigebit, quemadmodum in DIONYSII RICKELII enumerandi scriptis superius fecimus, eoruēdem hic Catalogum attexere, ac singulorū titulos ad longum enumerare. Primo quidem loco percenfendo illa, quæ Trithemius se conspexisse dicit; deinde verò ex ordine reliqua, quæ etiamnum manuscripta tam Ephordiæ, vbi auctor pro maiori ætatis parte vixit, quam alibi in Cartujs adseruari arbitramur.

CATALOGVS LIBRORVM
omnium R.P. Ioannis Hagen, de
Indagine.

QUOD ad IOANNEM de INDAGINE attinet, plura ille, quæ eximiam pietatem, singularemq; eruditionem spirant, conscripsit. Quorum primo huc adtexemus, quæ Trithemius se vidisse narrat. Deinde ea quæ alii scribūt manuscripta adseruari in Germania:

De lande paupertatis, Lib. i. Beati pauperes spiritu.

De vita Religioforum, Lib. i. Simile est regnum cœlorum.

De casu Religionis, Lib. i. Quomodo sedet sola ciuitas.

De vi-

De vita adolescentiorum, Lib. i. Adolescentulus sum eg.

De Humilitate & superbia, Lib. i. Ego sum via & veritas.

De ornatu interiori, Lib. i. Omnis gloria filiæ Regis.

De accessu ad nouum hominem, Lib. i. Ecce ego noua facio.

De gratia & libero Arbitrio, Lib. i. Non ego solus, sed gratia.

De correptione & gratia Dñi, Lib. i. Corripet me iustus in.

De natura & gratia, Lib. i. Vedit Deus cuncta quæ fecit.

De perseverantia, Lib. i. Qui perseverauerit.

De spiritu corpore & anima, Lib. i. Apostolus Paulus vas electionis.

De mandatis Prelatorum, Lib. i. Sic nos existimet homo.

De Charitate, Lib. i. Fortis est ut mors dilectio.

De dilectione Dei, Lib. i. In lege Moyſi post mul.

De Meditatione, Lib. i. Felix anima quæ humili.

De Inquisitione summi boni, Lib. i. Magnus est Domine & laus.

Contra errores Bohemorum, Lib. i. In Christo Iesu orationes.

- Ad Episcop. Ratisson. contra eosdem, Lib. 4.*
Reuerend. in Christo.
- Ad Marchionem Brandenburgensem, Lib. 1.*
Illustri Principi & Domino.
- Ad uniuersitatem Erfordensem, Lib. 1.* Sin-
ceram in Domino charitatem.
- In regulam S. Benedicti, Lib. 1.* Probate Spi-
tus si ex Deo.
- De cauenda doctrinia peregrinis, Lib. 1.* Va-
rijs & peregrinis.
- De cognitione futurorum, Lib. 1.* Annun-
ciate quæ futura.
- De visione Tundali, Lib. 1.* Sunt circa vi-
sionem Tundali.
- De visione Danielis, Cap. 7. lib. 1.* Quæsi-
tum est de exposit.
- De apparitione cuiusdam defunctæ, Lib. 1.*
Quædam mulier perducta.
- De futuris prodigijs, Lib. 1.* Omnia in me-
sura numero.
- De Plantu solitarij, Lib. 1.* Quis dabit ca-
piti meo.
- De cruciata contra hereticos, Lib. 1.* Circa
cruciata, quæ.
- De auferibilitate sponsi ab Ecclesia, Lib. 1.* In
nomine Domini nostri Iesu Christi.
- De tempore schismatis, Lib. 1.* Et quia et-
iam nolunt.
- De auctoritate Papa in Concilio, Lib. 1.* Du-
bitatum est & quæsumus.

De pe-

- De potestate Ecclesiastica, Lib. 1.* In Chi-
sti Euangeliō leg.
- De correctione fraterna, Lib. 1.* Item quæ-
ritur in fraterna.
- De parvulus non Baptizatis, Lib. 1.* Dubi-
tatum est & quæsumus.
- De iudice contra conscientiam indicante,
Lib. 1.* Dubitatum est si liceat.
- Contra flagellatores, Lib. 1.* In nomine
Christi: incipit.
- An fine professione Religiosus, Lib. 1.* In no-
mine Christi incipit.
- De ieunio quinta feria, Lib. 1.* Dubitatur
an licitum sit.
- De iusto & iniusto bello, Lib. 1.* Nota ad iu-
ustum bellum.
- De doctrina Ecclesie, Lib. 1.* Tu es Petrus
& super hanc.
- De auditione Mysarum, Lib. 1.* Sapiens di-
cit fili omnia fac.
- Contra Ioannem Kannemā, Lib. 2.* In no-
mine Iesu Christi incipit.
- De vita spirituali, Lib. 1.* Si spiritu viui-
mus, spiritu, &c.
- De discretione cogitationū, Lib. 1.* Ut quid
cogitatis mala.
- De vera & falsa paenitentia, Lib. 1.* Paeni-
tentiam agite, appropinquat.
- De modo Confidendi, Lib. 1.* Prophetæ re-
gius Psal.

De audiendis Confessionibus, Lib. i. Confitemini alterutrum.

De spiritali arte memorativa, Lib. i. Memorare nouissima.

De quatuor sensibus Scripturae, Lib. i. In nomine Christi & eius, &c.

De Contemplatione, Lib. i. Hæc est via æterna.

De interdicto, Lib. i. In salicibus in medio eius,

In dedicatione sermones quinque, Lib. i. Salomon ædificauit,

Ad Rodulphum Episc. Lauantinum, Lib. i.

De falsis Prophetis, Lib. i.

De Communione sub utraque specie, Lib. i. De Communione sub utraque.

Epistolarum ad diuersos, Lib. i.

Sermones quoque varios, Lib. i.

In Regum libros quadruplici sensu, Lib. i. In multos tleniq; Bibliorum libros, elegantes edidit Commentarios, aliasque Tractatus, & Quætionum solutiones penè innumeræ, & insignes. Hac Trihemius.

Quæ autem manuscripta extabant in varijs Germaniæ locis, & in primis apud nostros, vbi hæretici Bibliothecas nō exusserunt, aut Monasteria non sunt demoliti, hæc sunt.

1. *Prologus super Biblia.*
2. *De commendatione sacra Scripturae.*
3. *De multiplici sensu, & de regulis expounderdi eam.*
4. *Super s. lib. Moysis expositio quadruplex.*
5. *Quæstiones cum breui promissione sententia & intentionis cuiuslibet catalogi, quas si profundius scrutatus quis fuerit, inueniet quandam meauillam expositionis Hebreæ & Catholicorum, in sensu literali & mystico.*
6. *Super Iosue quadruplex sensus diuinitus singularium Catholicorum, eiusdem libri & quæstiones.*
7. *Super Iudicum Ruth, Regum, & Paralipomenon, super singulos libros quadruplex expositio cum quæstionibus.*
8. *Super Esdra super populum eius cum quæstionibus.*
9. *Super Neemia & Esdra 2. quadruplex explanatio.*
10. *Super 3. & 4. Esdra expositio, nō tamen per singula capita.*
11. *Item explanatio literalis, & excerptum textus per omnia capitula cum speciali sensu in margine.*
12. *Thobia quadruplex expositio.*
13. *Super Judith quadruplex expositio. prima expositio eius de B. Virgine. Deinde talis quadruplex expositio cum quæstionibus.*
14. *Esther quadruplex expositio cū quæstionibꝫ*
15. *Item*

15. Item alia quadruplex expositio cum questionibus.
16. Expositio huius libri de Beata Virgine.
17. Iob literalis expositio plena, cum questionibus.
18. Brevis expositio literæ, ex scripturæ latior præcipue Tropologica, Allegoriam plena, & altera Anagogicæ eiusdem libri.
19. Psalterium cum annexis canticis, quadruplici sensu expositum.
20. Questiones super Psalterium.
21. Proverbiorum expositio, mixtum positiones quadruplicis sensu, non seorsim ut in alijs.
22. Eorundem expositio Tropologica, & Anagogica.
23. Ecclesiastici quadruplex expositio, cum questionibus.
24. Cantica Canticorum quadruplici sensu, primum exposita.
25. Eorundem expositio de B. Virgine triplex, & præterea octaua expositio moralis.
26. Sapientia liber quadruplex sensu, & questiones.
27. Item multiplex explanatio & questiones & diuisiones.
28. Isaie mixtum expositiones Hebraeorum, & Catholicorum.
29. Ieremia quadruplex expositio cum questionibus.

- Threnorum quadruplex expositio, & quinta de Passione Christi.
30. Questiones super sensum literalem.
31. Baruch quadruplex expositio cū questionibus.
32. Ezechielis quadruplex expositio cum questionibus.
33. Mystica expositio illius visionum.
34. Anagogia plenius posita.
- Literalis expositio huius visionis & figura.
35. Danielis quadruplex expositio cū questionibus.
36. Duodecim Prophetarum mysticorum quadruplex expositio.
37. Eorundem diuisiones & questiones.
38. Expositiones omnium Prologorum & Prophetarum totius Bibliae.
39. Brevis expositio omnium Prophetarum, maiorum & minorum.
40. Expositio sup Ionā. & Abdiam spiritualis.
41. Expositio quadruplex figurarum Veteris & Novi Testamenti.
42. Machab. expositiones cum questionibus.
43. Eorundem librorum brevis expositio.
44. Alia brevissima expositio tantū spiritualis. Matthæi quadruplex expositio.
45. Luca quadruplex spiritualis expositio.
46. Questiones super eundem.
47. Euangelij Ioannis quadruplex expositio, & alia literalis cū questionibus.

48. Epistolarum Pauli ad Corinthios, Romanos, Galatas, Ephesios, Philippenses, Timotheum, Titum, Philemonem, Hebreos, quadruplex expositio cum questionibus.
49. Actorum Apostolicorum quadruplex expositio, & præterea alia mystica.
50. Apocalypsis Ioannis, duplice sensu exposita, Canonicarum sive Catholicarum Epistolarum quadruplex expositio.
51. Declaratio super quadruplici expositione sua totius Bibliae, quare exposita sint multa mysticè, qua fidem adificant, & quomodo hoc fieri posit, & quomodo multa intelligenda sint sicut in expositionibus suis. Excusat etiam se de hoc, quod aliquando inscribendo posuit non suum nomen, sed in plurali, nos.
52. Tractatus circa Passionem Domini in Paschate.
53. Summarium totius Theologiae.
54. Expositio officij Defunctorum.
55. Item Cantorum, que cantantur apud Cartusianos.
56. Item Hymnorum consuetorum, apud eosdem Cartusianos.
57. Donarius spiritualis sensus mysticus secundum ordinem Donati Grammatici. Vbi deuota omnia docentur.
58. De ascensi in spiritualem perfectionem.
59. De Prophetis, & differentiæ eorum.
60. De

60. De laude Divina.
61. Vocabulariū duplex terminorum S. Theologie.
62. Tractatus de contemplatione.
63. De celebratione Festorum.
64. De expositione S. Scriptura.
65. Instrutio Prædicatoris.
66. De modo studendi, & quadruplici sensu Scriptura.
67. Tractatus de Indulgentijs in Ordinem Cartus.
68. Expositio Psalmorum Penitentialium.
69. Imago vita.
70. Compasio Beatae MARIAE Virginis.
71. Alloquium de nouem gladijs.
72. De veritate dicenda.
73. De via professionis.
74. De statu religiosorum, & maxime quoque eorum proprietatem, & de expositione professionis.
75. Tractatus de visionibus.
76. Tractatus de festo.
77. De ortu & origine sententiarum, & de modo studendi.
78. De arte numerandi, non physicali quidem, sed spirituali; quomodo se quis exerceat in operibus Dei, ad acquirendam devotionem, & timorem Dei.
79. Multa excerpta eius, que fecit ex divisione

- uisione librorum Doctorum.
80. Tractatus duo de mystica Theologia.
 81. De modo absoluendi.
 82. De sepultura.
 83. De casibus renascentiis.
 84. De modo renascendi.
 85. De oratione, & Psalmodia.
 86. De transitu ex una religione ad aliam.
 87. De diuersis Statibus in Ordine Cartusiensi.
 88. De Redditis ac Donatis.
 89. Colloquiū hominis, defectus suos deflentis.
 90. Colloquium de Sanctissima Trinitate.
 92. De vita Christiana, qualiter quis benē debeat vivere.
 93. Degratiarum actione.
 94. De chorea, quomodo permitienda sit, & quomodo non.
 95. De causis resignationis Pralatura, & curæ pastoralis.
 96. Devita, & regimine Clericorum, & Paſtorum.
 97. De cessatione dominiorum, quo pacto sine seruanda.
 98. De confirmatione Ordinis Cartusiensis.
 99. Scripta super Statuta Cartulariorum, & Ordinationes Capituli Generalis.
 100. De varijs dubijs in Ordine Cartusiensi.
 101. Expositio eiusdem pravilegij Apostolici, pro Cartulariis, pro excommunicatis non visitandis.

102. Tractatus de irregularitate.
103. De casibus contingentibus, & miraculis.
104. De electione in Ordine Cartusianorum.
105. Speculum nouitiorum.
106. Priuilegiorum Cartusianorum brevis expositio.
107. Item eorundem expositio prolixior.
108. Forma absoluendi in confessione multiplex.
109. Declamationes super vita spirituali.
110. De ornatu interiori.
111. De accessu ad nouum hominem.
112. De gratia, & liberalibus artibus.
113. De meditatione deuota, & qualiter fieri.
114. De dilectione Dei, & proximi.
115. De mandatis superiorum, & de meditatione eorum.
116. Planctus super religiosos male viuentes.
117. De vita adolescentiolorum, ut proficiant in melius.
118. De gradibus superbie, & humilitatis.
119. Brevis & sufficiens modus confitendi.
120. De doctrina Ecclesie, & quomodo sit infallibilis, & certa.
121. De vita religiosa, quo pacto debeat esse, ac dirigi.
122. De vera pecunia acquirenda, & custodienda.
123. De inquisitione summi boni, ut faciliter inueniantur.

124. De spiritu & corpore.
125. De corruptione hominis, & gratia Dei, quomodo stant.
126. De natura & gratia Dei, quomodo stant simpliciter.
127. De perseverantia quomodo sit seruanda, quae etiam sola saluat.
128. Brevis expositio precum illarum, que in Ordine Cartusiano sunt.
129. De Prelaturis & dignitatibus, & quatenus eas appetere licet.
130. De fratribus communicatione.
131. De parvulus fidelium, qui casu ante baptismum moriuntur.
132. De iudice, quo pacto non posset contra conscientiam iudicare.
133. Expositio visionis Danielis.
134. Vtrum Papa, & eius Legati suscipiendi sint, ut auctoritate in Consiliis praideant.
135. De vita spirituali, & de multis questionibus utilibus.
136. De auditione Missa, & de visione Tundali, & de alijs, quo pacto stant.
137. De voto abstinenti à pescibus, & carnis.
138. An licitum sit religiosis concedere ius ad bella.
139. An licitum edificare altaria in Ecclesia, sine consensu Plebani.

140. An infirmus Monachus possit vesci carnibus.
141. De apparitione mulieris defunctæ, & de prodigijs varijs.
142. An Ispous Ecclesia possit illi auferri.
143. Tempore schismatis, qualiter se habeat homo, adherendo, vel non.
144. De ortu & origine, cogitationum, & affectionum cordis.
145. De futuris prodigijs, cognitione, & causa eorum.
146. De peregrinis doctrinis cognoscendis, & præcauendis.
147. Planctus solitarij, super varijs peccatis hominum, & de insurgentijs varijs modis contra Sedem Apostolicam.
148. De cruciata doctrina contra hereticos anno Domini M. CCCC. LXVII.
149. De cognitione futurorum, & somniorum.
150. De paupertate & laude eius, & differentia.
151. Tractatus ad petitionem Marchionis Brandenburgensis, scriptus super erroribus hereticorum.
152. Brevis viuendi regula.
153. Tractatus de Sacramento Altaris.
154. Tractatus de intentione, merito, & præmio.
155. De eleemosyna, quo pacto quis eam primò sibi ipsam dare debeat.

156. De peccati periculo.
 157. De venditione frumentorum.
 158. De agricultura corporali, & spirituali.
 159. De potestate Vicariorum in Ordine Cartus.
 160. De Indulgencijis.
 161. Tractatus de creatore, & creaturis; &
 quo pacto per eiusmodi homo peruenire debet
 ad regenerationem sui, ac mysticarum
 doctrinarum.
 162. De spirituali profectu.
 163. De fide Catholica, & armatura eius, &
 varijs pugnis hereticorum, Paganorum, &
 Iudeorum.
 164. De fraudibus hominum, & remedijis con-
 tra easdem.
 165. De Religiosorum mendicitate.
 166. De via securiori ad salutem.
 167. De excommunicatis pro violenta manu
 in clericos.
 168. De esu carnium in Ordine S. Benedicti.
 169. Regimen præcipuum de inquisitione vera
 via, & salutis.
 170. Consolatio Religiosorum.
 171. Intellectus Religiosorum.
 172. Informatio Religiosorum, per bonum Pra-
 latum.
 173. Plures breves questiones pro religio-
 sis.
 174. De libero arbitrio, & predestinatione.

175. Tractatus de gaudio Sanctorum in cœlo,
 vbi referuntur rara, pulchra, vtilia, & pro-
 babilia.
 176. De receptaculis eorum.
 177. De mortuis & de pœnâ eorum.
 178. De suffragijis.
 179. De aduentu Domini ad iudicium.
 180. De loco innocentium, qui decedunt in sole
 originali peccato, & de statu eorum.
 De vita Episcoporum.
 181. An quis posset esse perfectus, sine professione
 religionis.
 182. De spiritualibus ascensionibus, & descen-
 sionibus.
 183. De bona voluntate.
 184. Expositio Symboli Apostolorum.
 185. Ascensus mentis in Deum per vestigium
 creatuarum.
 186. Peculiaria Missa officia.
 187. De diuerſis.
 188. De Sanctissima Trinitate.
 189. De Spiritu sancto.
 190. Tractatus de laudibus B. Virginis MARIAE.
 191. Tractatus vtilis de charitate Dei & pro-
 ximi, quo pacto acquiritur & augetur,
 & de diuerſis causis mortis, & impedi-
 mentis.
 192. Breue soliloquium anima deuota ad
 Deum.

193. *Forma gratiarum actionis, qualiter homo semper debeat gratias agere Deo.*
194. *De gradibus humilitatis & mititatis.*
195. *De perfectione & modo offerendi filios ad monasterium, & de ingressu religionis.*
196. *Expositio officij Missæ.*
197. *De negligentijs in Missis contingentibus, & de remedij earum, & de pena pro eis.*
198. *Expositio super octo versus Psalterij, qui debent equi pollere Psalterio.*
199. *Expositio super Angelicā salutationē.*
200. *Expositio Orationis Dominicae, cum questionibus.*
201. *De temptationibus & consolationibus, & remedij earundem.*
202. *De meditatione cordis.*
203. *De simplicitate, stabilitate, ac mundificatione cordis.*
204. *De directione cordis.*
205. *De illuminatione cordis.*
206. *De arca spirituali.*
207. *De origine, differentia, discussione, vilitate, & periculo cogitationum.*
208. *De edificatione spiritualis domus, breuiter in corde Sancto, & primum quo pacto fiat.*
209. *De ignorantia sapienti, & appetitionibus, & de docta ignorantia.*

210. *De spirituali in Deum ascensu.*
211. *De Beatijs Trinitate & unitate in Deo.*
212. *De appropriati personarum.*
213. *De imagine & similitudine Dei.*
214. *De disciplina morum.*
215. *De persecutione toleranda.*
216. *De mortalitate non timenda.*
217. *De causis persecutionum, & malorum.*
218. *De bono patientiae.*
219. *De zelo.*
220. *De inuidia.*
221. *De preparatione ad Martyrium.*
222. *De fide spirituali, & charitate in tota Theologia, bonus tractatus.*
223. *De solatio medicorum, & aliorum operiorum, quo pacto licite accipiantur.*
224. *Quando peccata sunt venialia, aut mortalia.*
225. *De visione Dei.*
226. *De Christi nobilitate & gratia.*
227. *De primo principio, eiusq; affectibus, & scrutinio Scripturarum.*
228. *De regimine sanitatis, maximè spirituum Clericorum.*
229. *De multiplici cruento.*
230. *De cordis prauitate.*
231. *De iure Plebanorū, & Religiosorum, quomodo mutuam habeant concordiam.*
232. *De nugamento habituum, differentia, diminutione, & cessatione eorum.*

233. De anno Iubileo, & de plenarijs indulgentijs.
 234. De reformatione Ecclesie in capite & membris.
 235. An liceat propter paupertatis reuelationem admittere ad monasteria, & de usura in redemptione.
 236. De laudibus Ordinis Cartusiensis.
 237. De exercitatione mentis ad deuotionem, & excusione torporis.
 238. De reformatione Religiosorum, & modo practicandi.
 239. De arte preparandise ad mortem.
 240. Dialogus inter animam & hominem.
 241. An Maria Virgo manserit in corpore.
 242. De libris suscipiendis & legendis, & de ordine illorum.
 243. De discretione, & cognitione illorū motuum cordis.
 244. De turbationibus Ecclesie.
 245. De Sacramento Altaris.
 246. Soliloquiū ad Deum Vnum, & Trinum.
 247. Secretum ad Deum colloquium.
 248. Soliloquium ad Deiparam virginem.
 249. De tota Biblia.
 250. Tractatus de duabus ciuitatibus.
 251. De veritate, & de libero Arbitrio.
 252. De casu Angeli.
 253. De predestinatione, quo pacto est cum libero Arbitrio.

254. De paucitate iustorum.
 255. De anima prauitate.
 256. Quadam dubia, pricipiū de iure Patronatus.
 257. De perfectione vita Christiana.
 258. De contractibus emptionis, ac redemptionis.
 259. De negotiatione, & numismate spirituali.
 260. De pena reorum, morti adjudicaturum.
 261. De elargitione eleemosynarum.
 262. De moneta temporali.
 263. Considerationes circa Iudeos.
 264. De incarnatione Verbi.
 265. De Similitudinibus.
 266. Igniculus deuotionis.
 267. De mystica Theologia.
 268. De offensa in Deum, & de eius remissione.
 269. De regimine Pralati in religione.
 270. De Religionibus.
 271. De omnibus Statibus, spiritualium videlicet, Papa, Cardinalium, Episcoporum, bonus tractatus.
 272. De contractibus varijs.
 273. De Synodus, & de Concilio Generali.
 274. De censuris quando abrogantur, & de filijs haeticorum.

275. *De reddendo debito coniugali, & de modo.*
276. *De fraterna correctione, & recta prædicatione.*
277. *De communione sub utraque specie.*
278. *De beneficijs Monachorum, & quid iuris habeant.*
279. *De infederatione decimarum, & quando laici illas habere queant.*
280. *De decimis, & quo pacto tractentur.*
281. *De vita spirituali, & reformatione heretorum, & errorum.*
282. *De nobilitate, & in quo verè consistat.*
283. *De questionibus, quando suspecti examinantur pœnis, ut confiteantur.*
284. *De distributionibus quotidianis, que dantur intercessentibus alijs.*
285. *Actore non probante, reus quo pacto absoluatur.*
286. *De simonia in beneficio, & de promissione futuri beneficij.*
287. *Pulchra de vita Ecclesiasticorum.*
288. *De corporibus qua surrexerunt cum Christo.*
289. *De proprietate Monachorum.*
290. *Expositio super duo decreta Concilij Basiliensis : videlicet, de excommunicatis non vitandis, & de annatis non solvendis.*
291. *De Sanctissima Trinitate.*

292. *Compendios apriuilegiorum Cartusiensis Ordinis expositio.*
293. *De consideratione sui, & eorum que ad se pertinent.*
294. *Modus viuendi sancte, & religiosè infide Christiana.*
295. *De vita Christiana, & modo viuendi Christianorum.*
296. *De cognitione sui ipsis.*
297. *De perfectione & exercitijs S. Cartusiensis Ordinis, libri duo : qui solummodò extam ingenti doctissimi huius Theologilibrorum mole lucem aspicerunt, impressi nimirum hoc eodē anno M. D. C. VIII. Coloniæ apud Bernardum Gualtheri.*
298. *Declaratio super crucias, que sunt contra Turcas.*
299. *De priuilegio Friderici Imperatoris, dato Scholaribus.*
300. *De audiendis Confessionibus, & de forma Absoluendi.*
301. *De varijs Pralatorum periculis, ex peccatis subditorum, & aliunde.*
302. *Quibus modis aliorum peccata & defectus licet queant evitari.*
303. *De vitando scandalo.*
304. *De emendatione.*
305. *De periculis Religiosorum in temporalibus.*

306. De cupiditate emendit temporalia.
 307. De resignatione curæ pastoralis, ad quendam Prælatum, & est Dialogus; defensorium ipsius, vbi ponuntur quatuor modi iudicandi, & quadam Apologia.
 308. De modo reformandi moniales.
De restitutionibus, censuris, & iurisdictione Ecclesie.
 309. Auisamentum Prælatorum, quoad regnum subditorum; præsertim in Canonibus perplexis, & confusis.
 310. Scripta aliqua circa electionem Regis Bohemiae.
 311. De iurisdictione Ecclesiastica, de participatis cum excommunicatis.
 312. Item de excommunicatis vitandis, vel non vitandis.
 313. De potestate Ecclesiastica.
 314. De anima, ac viribus, operationibusque eius.
 315. De multiplici vita anima.
 316. De officio Missæ.
 317. De honestate tenenda, & in honestate visitanda.
 318. De affectionibus.
 319. De vita Episcoporum.
 320. Tractatus recte vivendi.
 321. De ornato mulierum, contra prophetias prophetarum huius temporis.
 322. De

322. De spirituali Sacerdote, & de spirituali celebratione.
 323. De absolutione plenaria.
 324. Brevis expositiō regula S. Benedicti.
 325. De anno Iubileō.
 326. Speculum monialium.
 327. Regula intelligendi sacram Scripturam.
 328. De primarijs precibus, an licita sint.
 329. De tyranno, & rectore bono.
 330. De mystica significatione susceptionis habitus, conuersationis, & ceremoniarum Religiosorum, præcipue vero CARTVSIANORVM.
 331. De forma susceptionis, & professionis.
 332. Tractatus de visionibus.
 333. Quomodo Plebani, vel Ecclesie rectores alicuius communitatē se habeant ad publicos peccatores, & quomodo ad censuras Ecclesiasticas.
 334. De peregrinationibus.
 335. De irregularitate, quam Clericus aliquando pugnando non incurrit.
 336. Doctrinæ pro conscientijs oneratis.
 337. An ignis emendatorius expurget etiam habitus vitiosos, & reliquias peccatorum.
 338. Tractatus de visitationibus faciendis.
 339. Quo pacto quilibet habens ordinariā absoluendipotestatē posse eam alijs cōmunicare.
 340. De Spiritu sancto.

341. *Quid sentiendum sit de remissione confite-
tum mortalia, &c.*
342. *Defensorium parvulum pro S. Thoma, cō-
tra eos qui illius scripta minus vera repu-
tant.*
343. *Excerpta variorum librorum D. Gregorij,
Bernardi, Hieronymi. Item praecipuorum a-
liquot librorum Augustini, Ambroſij, B. Thos
me, Hugonis, & Richardi. Item totius corpo-
ris iuriis Canonici & Ciuiilis. Nec non & ex
diuersis historicis, & chronicis, librisq[ue] Phi-
losophorum Platonis, Aristotelis. &c.*
344. *De officio Abbatis.*
345. *De officio Cancellarij.*
346. *De officio & modo iuuandi Suffraganei.*
347. *De officio Prioris in Ordine Cartusiensi.*
348. *De regimine Comitis.*
349. *De regimine Principis.*
350. *De regimine boni Aduocati.*
351. *De officio Magistri piscium.*
352. *De librorum compaginatore.*
353. *De officio Vicarij, Procuratoris, Sacrifice, E-
mendatoris, Cantoris, Infirmary, ac Sacer-
dotu hebdomadarij.*
354. *De officio praedicandi.*
355. *De spirituali Sacerdoce.*
356. *Sermones de dedicatione.*
357. *Sermones breves spirituales per totum an-
num.*
358. *Sermo optimus pro bona conscientia.*

359. Ser-

359. *Sermones de inuocatione diuini auxiliij.*
360. *Collationes utiles & breues, ex Epistolis
& Euangelijs, ad religiosos.*
361. *Patio Domini nostri IESV Christi.*
362. *Postilla dominicalium Euangeliorum per
totum annum, cum breuibus sermonibus.*
363. *De corpore Christi:*
364. *Sermo de animabus.*
365. *Sermo de nouo Sacerdote.*
366. *Sermones breves ad monachos*
367. *Sermo de varijs nuptijs.*
368. *Sermones duo de S Martino.*
369. *Septem sermones de Synodo.*
370. *Octo sermones de diuisionibus.*
371. *Duo breues sermones ad religiosos.*
372. *De electione noui Prioris, sermones tres.*
373. *Septem sermones de B. Dionysio.*
374. *Collatio in die omnium Sanctorum.*
375. *Sermo pro Reformatoris commendatio-
ne.*
376. *Sermo salutarius in receptione, vel ac-
ceptione regiminis.*
377. *Nouem sermones, quorum thema est, qui
intrat per ostium, pastor est.*
378. *Collatio pro Capitulo Abbatum Ordinis S:
Benedicti.*
379. *De vnione.*
380. *Commune Sanctorum.*
381. *De regimine Magistri Cameræ.*
382. *De regimine negotiatoris.*

383 De

- Opinor pro-*
dijisse Ger-
manicè in-
golfstadij.
383. De regimine ciuitatis, & Conciliorum.
 384. De Concilio generali, qualiter errare pos-
 fit, & qualiter non: & quo pacto circa scis-
 ma habere se oporteat.
 385. Degratiarum actione, & sporta fragmen-
 torum.
 386. De arte audiendarum confessionum.
 387. Soliloquium secundum quatuor libros sē-
 tentiarum.
 388. Tractatus, quomodo prescribitur contra
 statutum religionis.
 389. De novo anno, quod cuilibet dandum sit.
 390. De regimine medicorum, & spirituali me-
 dicina.
 391. De regimine exactoris, & spirituali mili-
 tia.
 392. De potestate absoluendi in canonibus reser-
 uatu, & quomodo de iure communi pecca-
 ta non sint reseruanda in sacramentali ab-
 solutione.
 393. De potestate absoluendi excommunicatos,
 quorum absolucione Papæ reseruatur, & potest
 Episcopus in aliis Canonibus.
 394. Tractatus quomodo corrigant adolescentes
 viam suam.
 395. Tractatus ad Beatam Virginem, o pul-
 cherrimam.
 396. De discretione spirituum.
 397. De statutis Ciuitatum, & Vniuersita-
 tum.

398. Sermones de Deo, de Spiritu sancto, & de
 Beata Virgine.
 399. De visitatione B. MARIAE in montana.
 400. De annunciatione, presentatione, purifi-
 catione, conceptione, nativitate, & assumptio-
 ne B. MARIAE Virginis.
 401. De omnibus festi B. MARIAE.
 402. De corpore Christi.
 403. De nativitate Domini.
 404. Questiones & dubia, virum religiosi pos-
 sint emere domos in ciuitatibus.
 405. Vtrum Prelatus possit dare licentiam in-
 trandi septa Monialium?
 406. An quis putans se non idoneum ad prela-
 turam, teneatur (si electus fuerit) consentire.
 407. An religiosus possit peccata sua occultare.
 408. An exempti possint ab alijs iudicari, & an
 eis subiaceant?
 409. An quis seipsum possit commendare?
 410. An Monachis licitum recipere precarias,
 qua ultra debitum censum dantur.
 411. Quid censendum sit de pauperibus censua-
 libus, qui non sunt soluendo sine sua culpa, an
 granari debeant.
 412. An liceat religiosis habere dominia tempo-
 ralia.
 413. An aliquis infra legitimam etatem, & co-
 actus ad aliquam religionem, professione
 faciens, obligetur ad eandem.
 414. An corpore vitiati possit initiari Sacerdotio

415. Quare religiosi de obseruandis, præcipue campestres, communiter non vtuntur organis, & de eſu carnium, quo pacto ſiat in ea diſpensatio.
416. An poſit dari abſolutio ab Eccleſiaſtica cenzura, per indulgentias plenarias.
417. An delegatus ſubdelegato poſit vi traſublegare.
418. An Cartuſiani exempti gratia, exemptio- nis pro Ordinibus fuſciendis, poſint ſuos ordinandoſ cuique Epifcopo ſubdere.
419. An Viſitator Cartuſianus gratia Papa- lis auſtoritatis ſibi confeſſe, diſpensare po- ſit, eum ordinando, qui debitam non habet etatem.
420. Queſtio de religioso, qui iurauit intra- re aliam religionem.
421. Queſtio circa caſtationem, qua fuit tempore Iofua & Ezechiele.
422. An viris religioſis expeditat recipere ele- mosynas, & pro eis conferre bona ſuaspiri- talia.
423. De varijs dubijs in Ordine Cartuſ. occur- rentibus.
424. De dubijs, ex pacto interdicti contingenti- bus.
425. De diuerſis dubijs, ex Cartuſianorum Statutis orientibus.
426. De varys caſibus contingentibus in certis locis, ratione miraculorum.

427. Tra-

427. Tractatus, quo reſpondetur ad queſtiones Doctoris Ioannis de VVefalia.
428. An liceat reſeuanda paupertatis gratia, diſtiores ad monaſteria admittere.
429. An B. Maria Magdalena corpoſe fuerit corupta.
430. Vtrum Clericos vigilare oporteat.
431. De domib⁹ ſuis in ciuitatibus.
432. Tractatus contra peſilientiam.
433. Chromicon triplex; primū ab initio mundi ad annum vſque M. CCCC. LXXI. alterum, breue, tertium breuiſimum.

FINIS CATALOGI.

O ingentem librorum molem, o admirandum plurimarum noctium, anno- rumque laborem. Quād nunc totuſ aber- rāt cœlo, qui ſolitariæ vitæ cultores ſine villa fruge, ac publico bono īnertem tra- ducre vitam nugantur: cūm ne ſeni qui- dem egregiè docti, ac laboris patientes Theologi, noſtro hoc æuo ſimile quid præſtarent, quantum vnuſ hic homuncio laboris ſolus exantlauit.

Porrò ſciendum, hunc I O A N N E M de I N D A G I N E non eſſe illum, cui ha- retici in ſuis Catalogis adſcriperunt li- bros de Chiromantia, Phyſiognomia, Canones Astrologia, aliaque ad proſcriptam Iudicia- riā Altronomiam pertinētia. Nā auſtor

N

iſtorum

istorum, quod praefert (scilicet anno verum) & ipse nominatus *Ioannes de Indagine*, prohibitus est, ut & reliqui eiusdem farinæ scriptores, in Iudice Romano. Obiit autem hic noster circa annum Domini M. CCCC. LXXV. cum in monastico vita generet transfigisset annos circiter quinq; supra triginta.

IOANNES HAMBVRCH. vide *IOANNES ROEDE.*

Martyrio in Anglia occidente. *IOANNES HOUGHTON*, natione Anglus, in comitatu Essexiæ honestis admodum procreatis parentibus, ac literarum deinde studijs traditus, tantum in eis progressum, quæ legendo, quæ scribendo fecit, ut in utroque iure primam promovererit lauream, idque in celebri Academia Cantabrigiensi. Cæterum mundanos aspernatus honores, ac coniugij difficultates, annos iam natus duo de triginta, Londonensem ingressus est Cartusiam. In qua annos admodum 20. rigidâ traduxit vitâ, adeo ut omnibus admirationi non minus esset, quam venerationi. Deinde vero in Priorem ac Visitatorem Prouincie cooptatus, subditis suis magno in aduersis fuit solatio: ut constare cuiquis potest, legenti illa quæ nuper hac de re in lucem sunt prolatæ. Porro noster hic *Houghtoni* scriptoris laureolam promeruit

Historia Martyrum Cartus. Angliae, apud Bernard. Gualte. Col. 8. in 8.

ruit extat namque *Epistolarum opus* quod edidi) ita etiam Martyrij trabea insignitus, duplicita de manu Domini meritorum præmia percepit. Actus enim religionis tuendæ gratia in arucem, semiuiuus deinde euisceratus est anno nimis domini M. D. XXXV. ætatis sue XLVIII. Regiminis vero quinto. Cuius insignis Martyrij gloriam, ab impijs haereticorum calunijs satis superque in nomine *MAVRITII CHANCAEI* tutati sumus.

IOANNES HULLINVS de Rudslindis *Vixit in Germania An.*
professus domus B. MARIAE boni lapidis, M. CCCC.
prope Vrach, in Ducatu VVirtébergeli, LXI.
scripsit librum de profectu spirituali, & primo de regimine religionis; quæ quidem in Buxiana adseruantur Cartusia. Vixit vero auctor, anno post natum Christum M. CCCC. XL.

IOANNES de INDAGINE, vide *Ioannes Hogen*.

IOANNES INSTITUTOR (sorsitan *Institutor*) natione Germanus, atque alumnus Cartusiæ Buxianæ, prope Memmingam, scripsit librum de objectionibus Biblia in 8. (sic namque indigitant Herbipolenses) vixitque anno 1439. *Vixit in Suevia an. M. CCC.*

IOANNES LANSPERGIUS re & nomine Lustns, ex celebri Germaniæ ducatu Bauaria, & ciuitate Lansperga, honestus in Carthusia Colon. a. 1393. Id. Augusti.

stisque parentibus originem duxit. Qui à domino praeuentus in benedictionibus dulcedinis, post expletum in alma vniuersitate Coloriensi studij philosophici cursum, mox florem iuuentutis suæ in Carthusia eiusdem ciuitatis creatori suo offerens, corpore & animo mundum deferuit, seseque militiae spirituali viriliter accinxit. In qua quantum in omni spiritualis vita disciplina profecerit, quam fervidus extiterit amator Dei, quā deuotus gloriosæ virginis matri eius (hanc etenim post Deū vnicè diligebat) quam obediens erga superiores, quam durus sibi, quā benignus alijs, quam zelosus pro obscuratia facri Ordinis, quam tenax iustitiae, quam assiduus in oratione, quam infatigabilis in labore, quam rauultis deniq; verbo & exemplo in via Dei velut fulgidum sydus in firmamento Ecclesiæ positum luxerit, difficile pfecto foret explicatu. Qui porro aliqua hinc nosse voluerit, sedulo pio-que animo eius scripta & libros perlegat. Fuit quidem non modò in saecularibus literis apprimè eruditus, veruetiam internâ vunctione Spiritus S. non mediocriter illustratus. quo dulce siebat, ei in lege domini meditari die ac nocte, semperq; vel deuotis precationibus, aut sacra lectione: vel certe scriptione tempus fructuose deduce-

ducere, insuper hostiam agni immaculati Deo in altari quotidiè immolare. Et his sanctis exercitijs adeò ferueter incubuit, vt ab illis nec validis quidem (quibus aliquot annis ante mortem premebatur) morbis fineret se auocari, sed supra vires sèpè languens, nihilominus supra vires sefe ad ea cogebat. Omnia hominum necessitatibus velut pia mater compatiebatur, seseque potentium consolatiōni, siue informationi, neglecto interim subinde somno, vel cibo proprio, totum impendere non grauabatur. Nam omnibus alijs, benignus & affabilis, sibi autem soli durus & misericors fuit. Et vt carnem spiritui repugnantem edomaret, corpus suum ieunijs, vigilijs, flagellis, cilicijs, & alijs pœnitentiaz laboribus assidue macerabat. Aliquamdiu etiam loricam ferream ad nudam carnem circa renes occultè portauit. A cibis delicatis, & verbis superfluis, ociosis, siue nocivis seipsum studio summo temperabat. Vnde quilibet facilè colligere potest, quanto nitore puritatis mente eius fulserit intus, qui carnis sensuumque suorum tam strenuus castigator extitit foris. Quoniam absque huiusmodi castigatione quisquis se puritatem mentis & corporis adipisci putat, seipsum miserè decipit; vmbram-

sequens, & aerem verberans, Obedientia superioribus suis tam in grauibus quam leuibus rebus adeò simpliciter, & absque vllâ discussione aut murmuratione quacunque exhibebat, vt omnes id magnoperè mirarentur. Cuius rei gratia cum in officio Prioratus domus Cantauij prope Iuliacum (quod ex sola obedientia suscepserat) propter loci humiditatem, suæ naturæ prorsus contrariam, ex vomitu sanguinis sæpius usque ad mortem ægrotaret, nunquam tamen importunè à suis superioribus exegit ad salubrioré locū (licet id maximè desideraret) remitti. Unde paulo ante obitum suum, pro informatione cuiusdam Fratris, grauiter testabatur se in ordine contra superiorum suorum voluntatem nec uno verbo scièter unquam fecisse. Quapropter tantam cordi & verbis eius Deus infudit gratiam & sapientiam, vt non solum fratres, sed & Principes quoque & magnates terræ eum requirentes, monita salute magna cum auditate & reuerentia ab eo haurirent, ipsuq; vti Dei amicum, seu potius Deū in ipso loquentē, honorarēt. Et quia in operib; bonis in domo Dei seruū se fidelē & prudentē exhibebat, misericors Dominus ipsum pro incremēto salutis suæ calculo, phtisi, tussique violenta, immo & vomitu

tu sanguinis, diuersisque alijs grauibus ac diuturnis languoribus, velut aurū in igne in hoc seculo (quod orare subinde, quemadmodum etiam in scriptis eius reperimus, solebat) à peccatis suis plenè (vt speramus) purgare dignatus est. Nam mirabiliter patientia sustinebat pœnas omnes. & dolores, quibus supra modum, præser-tim circa finem vitæ vexabatur: adeo vt intuentes stuparent; dicerentque ipsum supernaturaliter in vita conseruari. Quod nemini mirum videatur, cum à Medicis saepè desperatus, & morti adiudicatus sit: eo quod hepar & pulmo læsa & corrupta multis annis, contra eorum sententiam, valetudi arius super-uixerit. Adeoque patientissimo hæc aliaque complura animo ferebat, vt ne vel unum impatientiæ verbum ab eius processerit ore. Et quando aliqui religiosi, seu etiam seculares & magnates ipsum inuisentes, percutienter, quinam haberet, semper respondit, vel benè se habere, vel cum Diuo Iob: *Sicut Domino placet: sit nomen Domini benedictum.* Sæpius tæduxit eum diutius viuere propter nimios excessuosque dolores, cupiebatque dissolui & esse cum Christo; maxime propter grauissimam Ecclesiæ Catholice ruitam,

nam, animarumque damnationem, sanguineis lachrymis meritò deflendam: quas passi absque modo & freno per libros Erasmi, Lutheri, & aliorū Monastici ordinis defertorum (quos à Deo dicebat datos in reprobum sensum) videbat corruptas ad infernū currere, cū talibus pseudodoctoribus excæcatus hodie credat mundus. A quorum lectione, ipse penitus abstinebat, abstinentiūq; omnimodè monebat: tum quia pars bonæ frugis habet, tū quia absq; aliquo periculo vel contagio vix legi queat: quid sermo eorum vt cancer serpat, tum etiam quod non modo omnis doctrina, sed etiam omnes libri ipsorum prohibiti & damnati essent. Qua etiam re permotus, vt erat mirè amans & sitiens salutis animarum, multa subinde edidit scripta, nihil nisi pietatem, farnam fidem, eximum in Deum proximumque amorem spirantia: vt pro sua virili parte, quoad eius fieri posset, iam éuerfos & corruptos ab errore & nexibus diaboli, quibus videbat innumeros tam tenaciter obligatos, clausis oculis in flamas tartareaas properare, extraheret, nutantes ac titubantes firmaret, stantes corroboraret, tepidos accenderet, co[n]antes iuuaret, imperitos instrueret, currentibus calcar adderet, Deo seruire cupi-

cupientibus tanquam probè exercitatus & peritus Dux regium monitraret iter; denique nemini non aliquam adferret vtilitatem. Quod sanè, Deo fauēte, & scriptis eius gratiam haud vulgarem aspirante, cecidit illi non infeliciter: Talem quippè in Dei Ecclesia fructum fecit, vt inter Ecclesiasticos Doctores non postremo sit loco numerandus. Et quia contemni solent hi, qui quod docent, ipsi non præstant, seipsum studuit virtutum omnium tanquam viuum quoddam simulachrum exhibere, nihilque in se admittere, quod doctrinæ illius repugnaret, aut pondus detraheret. Ita siebat, vt quicquid diceret aut scriberet, plurimum haberet energiæ & authoritatis, etiam apud magnos & eruditos æui iustius viros: qui in illo certis indicijs Christi spiritum habitantem, & per os eius tanquam organum sua verba exprimentem, animaduertentes, tum dictum tum scriptum illius sèpè nō mediocriter permouebant. Erat siquidem in totâ illius viuendi ratione mirus candor, columbina simplicitas, cum prudentia multiplici coniuncta, Christiana integritas, prompta erga quosquis benevolentia, propensa benignitas, suavis, nec tamè dissoluta affabilitas, odium peccati, iustitiae amor, contemptus mundi, & rerum terrena-

renarum , paupertatis ingens studium, charitas flagrantissima . Quis namque ad illum vnquam accessit , qui non senserit illius se exhortationibus adiutum ? Quis illius familiari vsus colloquio , non aliquid lucri reportauit . Nec solum erga fratres suos promptissima alacritate talem se gesit , sed etiam erga extraneos , & ignotos . Euangelicum prætare virum re ipsa semper studuit , non solum ore Eu angelium , vt multi hodie solent circum ferre . Execrabatur plurimum impios dogmatistas nostrorum temporū , quod cùm tota vita ab Euangelij præscripto discrepent , tamen se iacent Euangelicos , & à Deo illuminatos videri velint , quorum illi impudens temeritas , & vesana impudentia summè erat inuisa : ita tamen vt illorum doleret vicem , ploraretq; cæcitatem & amentiam , qua tum seipso , tum alios complures in eternas conijcerent miseras & calamitates ; licet id illi nullius pensi habeant , ob vastissimas cordis nebras , & præfractam animi obstinatio nē . Porrò s̄p̄e in lucubrationibus suis eorū reprehendit & cōfutat errores , nō alio sanè cōsilio , quām vt ijs agnitis , resipiscat , aut certè alijs eisdem non implicentur . Est enim hoc cōmune sāctis Dei hominib⁹ , vt cupiant ac n̄itatur diabolica fraude dece ptos

ptos eripere , & ad veram salutis viam re uocare . Non enim ferre possunt animarum pericula , quibus multomagis quam proprij corporis incommodis cruciatur . Sed & ipsa DEX omnipotentis multiplex iniuria , quam accipit ex peccatis hominum , supra modum illos cruciat , ob ingentem erga illum amorem , qui facit vt etiam minima in seipsis peccata non s̄nant inulta abire . Possemus adhuc multa in huius Venerandi Patris commendationē plena fide scribere , sed quia ex scriptis ille suis abunde cuius manifestus est , longam texere historiam , superfluum iudicamus . Feliciter vixit , & felicem vitam obitus felix consecutus est . Non potuit namque malā perire morte , qui etiā cùm viueret ita vixit , tanquā propediem moriturus . Non necesse habuit mortis time re insidias , qui nihil in se residere patiebatur , quod posset mortis terrorem incutere . Dum vixit , omne peccatum , & quicquid in morte prægrauare posset , diligentissimè à se profligare conatus est , vt morte aduentante nō tum demum , quod multi stolidissimè faciunt , ad mortem se se præpararet , sed ipsam mortem tāquam vitæ aditum letissimus exciperet . Et certè vnum illum ex eorū fuisse numero minimè dubitamus , qui & vitam in patientia , & mor

& mortem habent in desiderio. Quid enim illum delectaret viuere, qui, vti iam ante diximus, tā varijs cruciabatur morbis, vt mortuo, quām viuenti effet similior? Ergo inde sinēter suspirabat ad mortem, vt posset venire ad conspectū gloriæ Dei. Et quamvis aliquādiu dilatus fuerit, nec pro voto exauditus, tandem tamen post multos fideles labores & patiētiaz coronas, fructumque animarum quem in Ecclesia Dei & ordine Cartusiano verbo, calamo, & exemplo tulit vberimum, sacramētis Ecclesiasticis religiosè munitus, & omnia sua errata aliquoties scrupulosè pieque confessus, benē compos mente, postquam in sancto Ordine Cartusianorum annos XXX. laudabiliter sancteque vixerat, sanctum spiritum suū Deo reddidit, à quo illum acceperat, tertio Idus Augusti, Anno ab orbe redempto, M. D. XXXIX.

Cæterū lucubrationes Lansbergij que extant, sunt hæc:

- I. In totius anni Dominicale Epistolas & Euangelia paraphrasis, adhibitis ad singulas Dominicas Concionibus singulis, interdum binis. Prodierunt primo Colonia in 8. apud Melchiorem Nouesianum, anno 1545. Deinde paulò pōst, nemp̄ anno 1553. eadem rursus ibidem in folio recusa sunt, ac po-

*Scripta que
a Lansbergis
non edita.*

- ac postremò Antwerpiae in 8. apud heredes Ioanni Stelsij, anno 1575.
2. Opera verò minora Lansbergij, quæ in folio duobus voluminibus Ioānes Nouesianus, suis ac Materni Cholini sumptibus anno ab orbe redempto 1555. excudit, hac continent:
- I. Enchiridion militiae Christianæ, quod & Mylius separatim anno 1607. Colonia in 12. imprestit.
- II. Alloquia I E S V Christi ad animam fidelem, qua etiā separatim Louanijs anno 1572. predierunt.
- III. Canones vita spiritualis.
- IV. Exercitia, precatio[n]esque pro infirmis.
- V. Epistolarum paraceticarum libros duos.
- VI. Exercitiorum Christi formium librum vnum.
- VII. Vitam Servatoris nostri I E S V Christi in centum quinquaginta meditationes Cincinnatqm, que & seorsum in 8. apud Genne-paum anno 1537. autbore adhuc viuente prodit.
- VIII. Pharetram diuini amoris, quām nouis-simè in Vbijs recudit Conradus Butgenius in 12. anno 1607.
- IX. Hymnorum diuersorum librum vnum.
- X. Meditationum in XXII. Threnos, lib. 1.
- XI. Soliloquiorum, lib. 1.
- XII. Threnorum de Beatisima Virgine, lib. 1.
- XIII. Homilias 56. in totam passionem, & agonen-

nemus Iesu Christi, & alia nonnulla de hac eadem materia.

XIV. *Demonstrationem elegantem, qua nam verasit religio Euangelica, ad Carolum V. Imperatorem.*

XV. *Dialogum inter militem Lutheranum, ac Monachum.*

XVI. *Speculum perfectionis Christianae.*

XVII. *Sermones Capitulares, qua in præcipiis anni festiuitatibus concionis loco capituloiter recitari solent, & religiosis præcipiis conueniunt. Unde & hunc in usum parua quoque portatili forma auctore adhuc superstite, impensis Quenteli sunt impressi, ac Reuerendo P. Ioanni Guilhardo, totius Ordinis Generali dedicati.*

Cæterum an liber *Candelæ Euangelice*, qui sub nomine IOANNIS IVSTI, Coloniae apud Eucharium Ceruicornum anno 1527. prodijt, genuinus Lanspërgij nostri censendus sit factus, consule Pollequinum.

Monemus hoc loco Lectorem, *Enchiridion militiae Christianæ IOANNIS LANSPERGII*, quod anno M. D. C. VII. Coloniae Vbiorū apud Hermannū Mylium recudi curauimus, non esse idē illud, quod in Indice CLEMENTINO prohibitū legitur. Illic enim duntaxat proscribitur *Cöplutensis editio*, quæ in Hispanijs prodijt, non

non autem aliæ, quæ Censorum approbatione publici iuris sunt effectoriae. Qualis in primis est hæc nostra.

IOANNES de LAPIDE, natione Teuto*vinebat in*to, in Cartusia Basileensis nomen suum *Cartuja Basileensi*, anno *M. CCCC. XCIV.* *de*dit, de quo Trithemius ait, quod fuerit *silensi*, *ingenio excellens, eloquio desertus, ac diuinarū humanarumq; literarū cognitio-*ne *aprimè instructus*: fuit enim olim in *Gymnasio Parisiensi Magisterij lauream adeptus*, omniumq; suffragio etiam SS. *Theologiae Doctor designatus*: ita ut per annos non paucos docendo, legendo, disputando, præstantissimi illic ingenij sui specimen inter doctissimos Theologos ediderit. *Doctrinam namq; tutabatur illorū*, qui *reales* nuncupantur. *Porrò, Basileam* se ferens, *Vniuersitatē* illam *inter primos plantauit, auxit, roborauit; atq; inter præcipuos quoq; Tubingensis studij inchoatores authoresq; vnu extitit*. Qui denique opimis aliquot à Basileensibus *Sacerdotijs cohonestatus, missa omnia fecit, atq; ad Cartusiam se ibidem trastulit*. In qua eti plurima ediderit literarū monumenta, Trithemius tamen non nisi hosce duntaxat enumerat.

1. *Introductorium Grammatica, Lib. I.*
2. *Dialog. de arte punctuandi.*
3. *De propositionibus exponibilibus.*

- * Crediderim 4. *De arte soluendi Sophistica argumenta.*
 ante ingressū 5. * *Commentaria in omnes Logicorum libros*
 Ordinis hæc 6. *In Physicorum libros.*
 ab auctore 7. *In Metaphysicorum.*

Multos præterea diuersorū authorū libros per Tractatus & Capitula distinxit, singulis argumēta præmittens, quibus quæ in illis scribētis sit intētio, dilucidē possit agnoscī: è quib⁹ sunt libri Ciceronis *de Oficio, Amicitia, Senectute, somnio Scipionis, &c.* Item libri Effrem Diaconi, libri Ioannis Chrysostomi *de con�unctione cordis*, libri D. Augustini *de contritione cordis*, liber Epistolarum eiusdem, & omnes ferè libri B. Ambrosij, & alia nonnulla quæ Simlerus sua in Bibliotheca recenset. Quæ autem de rebus sacris idem hic auctor conscripsit, hæc potissimum sunt.

I. *Resolutiorum dubiorum, circa Missarum celebrationem occurrentium.* Prodijt Venetijs An. 1516. apud Gregorium Rusconiū. Anno aut 1596. Cōstantiæ Helvetiorū, apud Nicolaum Kalt, hac inscriptione; *Casuum, qui Sacerdotibus in Missarum celebratione contingere solent.* Patauij verò apud Franciscū Bolzetam anno 1599. eodem titulo; Auctore IOANNE de LAPIDE, Theologo Parisiensi: vnde planè dignus censeri potest, qui diurna nocturnaque manu à Sacerdotibus peruolutetur,

Scrl-

- Scripsit quoque librum de his, quæ à digno requiruntur Sacerdote. Item

Summariū Pasionis Dominicæ.

- De Ascensu Christi in celos, inter Sermones Effret.*

De Conceptione immaculata Virginis.

Sermones cōplures ad Clerū, & Populum.

IOANNES de Louanio, Belga, vir impensè doctus, ac probatæ fidei historicus; nec nō & totius antiquitatis peruestigator solertiſſimus, inter alia ingenij sui monumenta, quibus laudem gloriamq; promeruit, scripsit librū *de virtutib⁹ Summorū Pontificum*, plurima interfserens, quæ iucunditate materiel cupidum possint detinere Lectorem. In quo non famam sequetis, sed ab alijs accuratè explorata cōmemorāns, illorum temeritatem historicorum evitare studuit, qui flocci faciunt, falsaue an vera commemorent; dubia an certa.

Quem eundem étiam nonnulla adhuc alia conscripsisse à Boſtius, b Tutorque exi: a Cap. 24. de Stimāt: licet neuter illorū ætatem prodat, Script. Cart. b Lib. 2. vi: quando vixerit: fuit tamen professus Cartus. Cartus à Antverpiens. Liram nunc trāslatæ. tract. 3. ca. 7.

IOANNES MACOCVRTIVS, Tor- pag. 571. nacensis, Prior Valentenarum, scripsit Obiit an. M. carmine quatuor Brunoniadum, ac Hugo- D. XLVIII. niadum libros, obiitq; in Belgio, anno Dñi M. D. XLVIII. IV. Iduum Octob.

O

IOAN-

Vivebat in
Germania
anno M.
CCCC. VII.
boni lapidis in Ducatu VVirtenbergensi,
scripsit librum, sive tractatum de vita &
honestate Clericorum, item *Lauacrum confi-*
entiarū omnium Sacerdotum, quæ adserua-
ri opinor in domo Buxia. Vixit an. Dñi
1407. fuitq; quinquagenarius in Ordine.

IOANNES MICHAEL, natione
Gallus, patria Constantiensis, XLIIII. Or-
dinis **GENERALIS**, & antea **PRIOR** ac
professus Domus Parisiensis, vixit lauda-
biliter admodum in Ordine per annos
quadraginta quinque, cui non minus pio-
rum scriptione librorum, quam integer-
rimæ vitæ conuersatione profuit. Con-
scripsit namq; librum *Exercitorum spiri-*
tualium triplicis viae, purgatiuæ, illuminati-
uæ, & vniuersitatem: quem primò quidem Lug-
duni imp̄ressit Ioannes Baptista Buysson,
an. 1398. Deinde verò an. 1399. eundē Co-
lonia recudit Ioan. Gymnicus. Iam verò,
quod de hoc opusculo iudiciū tulit Ioan-
nes Comes Parisensis Theologus, & Prior
Augustinianorū Lugdunensiu, cui examē
illius cōmissum erat, hoc fuit; eum elabora-
tum, methodoq; optima, & admirabili disposi-
tum, ac luce dignissimū, plurimumq; valere ad
vita spiritualiū projectū. Scripsit quoq; idem
Auctor *Embridion spiritualiū exercitiorum,*
nec non & *Decachordum Psalterium*, apud
præ-

præfatos Typographos impressum. Obiit
verò insigni cū pietatis significatione an-
no redi. pt. Orbis M. D. C. Iau. **XXIX.**
cui deinde in officio successit Reuer. in
Christo Pater, D. BRUNO DAFFRIN-
GVES, q; etiamnū sciliciter Ordini præst.

IOANNES MIRICAEVS, natione ^{Obiit in do-}
Brabantus, patria Louaniensis, professione ^{mo Rutilie,}
verò Bruxellensis, fertur nonnulla scrip-^{anno M. D.}
tisse, quæ ad manus meas non peruenierūt.
Obiit autem Vicarius in Cartusia Rutila-
na, quæ in Lotharingiæ confinibus sita,
etiamnum floret, ibique creatori suo spi-
ritum reddidit, anno reparatæ Salutis M.
D. LXXXII.

IOANNES N. Cartusianus, scripsit epi-
stolam quandam deuotionis plenā de Pas-
dam anony-
mous, de cui⁹
fidei, eamque dedicauit cuidam nc-
poti suo N. professo Cartusiæ Ultraiecti-
næ; est penes nos M. S. adeo ut auctorem
opinor quendam nostri huius monasterij dum.
professum fuisse. Prolegus incipit: *Religio-*
fo viro, fratri VV. Ordinis Cartusiensis prope Vl-
traiectum, nepoti meo charissimo, Fr. IOAN-
NES, confater, & conferuus in Domino salu-
tem. Caput verò primū incipitur à verbis
Petri Apostoli, | Christo ergo in carne passo,
& vos eadem cogitatione armamini. 1. Pet. 4.

IOANNES OLNEY, natione Britan-
nus, professione verò Cartusianus, scri-
p-
^{Vixit an. M.}
^{ccc. XLV.}

psit quinque libros de *miraculis B. Virginis*
M A R I A E: alium item *Meditationum Solitariarum*. Viuebat, vti Eisengreinius adstruit, anno M. CCC. XLV. Simlerus vero ait illum adhuc superfuisse 1550.

Prefuit Cartusia Parisenſis circa annū M. D. L.

JOANNES PARCEVALENSIS, Prior Cartusia Parisenſis, edidit *diuini amoris Compendium*, Lutetiae apud VVechelium anno Dom. 1530. in forma 8. excusum: clausuit ibid. anno post Christū natum 1550.

Floruit in Cartusia Pa- rifiensi, anno 1524.

JOANNES PICVS, Gallus, Lutetiae Parisiorum professus, scripsit in *Canticis Canticorum*. De quo ita Iodocus Badius in

epistola dedicatoria ad Guilielmum Baubacium, totius Cartusiani instituti Generalem, operi præfixā: *Ioannes*, inquit,

Scriptus in Canticis Can- ticorum, que Badius im- presit, anno 1524. in 8.

Picus, non Mirandulanus quidem ille, tamen si ad ingenij diuitias, beuignaque naturae dotes, & rara studiorum præmia spectes, sanè quam mirandus, religione pientissima, & pietate religiosissima perinde ac sibi ac Musis canens, Deo tamen & pientissima eius matri, ac perpetua Virgini, eorumque obseruationi deditis, mirificissimum concinnauit opus. Totam siquidem Canticorum Salomonis farraginem, eidē Deiparae Virginis, ac incomparabili cooptauit: ne vnguem quidem latum ab operis ipsius fronte prima, ad imum vsque calcem diuaticans, aut cœptam historiam à suo ordine, intercalari quovis diuerticulo diueticans. Incipit vero

hoc

hoc opus *Rex pacificus*, prodijtque ex Bibliopolio præfati Iodoci Badij, anno post Christum natum millesimum quingentesimum vigesimum quartum, in for. 8. Porro idem quoque Picus *paraphrases & Annotations in *Psalmos* conscripsit; quas tam Romanus proscriptit Index. Fuit verò Prior Cartusia Dinionenii, ac Provincie istius Conuictor.

* Prodierunt apud eundē anno 1524.

JOANNES RODE, patria Ham- burgensis; professus Cartusia Horti B. anno 1403. Mariæ propè Pragam, tres scripsit notabiles epistolas, ni potius libros appellare velimus, lectu suaves, ad quosdam Ecclesiarum Prælatos, nec non & studio-los quosdam Hamburgenses, populares olim suos: quibus inter cætera magis securitatem bonorum religiosorum inculcat. Prioris epistolæ initium est: *Dilecto viro, multa bonitate pollenti D. Henrico Oleman, Ecclesia Nortim Canonico, IOAN-*

N E S R O D E de Hamburch, Monachus inutilis Ordinis Cartusien. propè Pragam, cum sinceris orationibus caritatem indefessam, &c. Egregie quoque ibidem taxantur Clerici illi, qui pluralitate beneficiorum suas contaminant conscientias. Reperiuntur hæ epistolæ manuscriptæ in bibliotheca nostra Colonensi, atque alibi etiam impressæ.

Obiit anno
1459.

IOANNES RODE (non *Rhodius*, nam hic in Romano Indice prohibit⁹ est) Germanus, S. Theologie Baccalaureus, de quo ita Trithemius: *Fuit, inquit, vir in diuinis scripturis studiosus & eruditus, & in iure Canonico egregie doctus, moribus & conuersatione deuotus, & regularis obseruantia instaurator celeberrimus. Ex cuius labore & fundamento nouissima Ordinis nostri (Benedictini) reformatio Bursfeldensis in Germania caput.*

Studier Heidelbergens. Hic quondam literis operam dedit in Gymnasio Heidelbergensi (erat tunc melior ac longe fœlicior loci istius status, quam nostra hac tempestate) ubi S. Theologia Baccalaureus, & Canonum Licentiatus doctissimus euadens, mente & corpore mundum iam iam contemnere videbatur.

Fit S. Theolog. Baccalaureus. Factus deinde Metensis Ecclesia Canonicus, & S. Simeonis (apud Treuiros) Diaconus, ac curia eiusdem Officialis, omnia pro Christi amore contempnit, & Ordinem Cartusiensem extra Treuirim, cunctis mirantibus intrauit. Post annos vero aliquot Prioratus officium (licet renuens & ingrediens illic uitus) suscepit. Cernens autem Otto Archiepiscopum Treuirensis virum illum esse doctum, expertum, & zelosum, autoritate summi Pontificis de Cartusia extractum, in Monasterio S. Matthiae Apostoli Abbatem eum constituit, & per eum multa caenobia in sua diaœsi reformauit. Hæc Trithemius de Ioanne Rode, ex

Item Officialis curiae Treuirens. Relinquens omnia, ingrediens illic uitus suscepit. Cernens autem Otto Archiepiscopum Treuirensis virum illum esse doctum,

expertum, & zelosum, authoritate summi Pontificis de Cartusia extractum, in Monasterio S. Matthiae Apostoli Abbatem eum constituit, & per eum multa caenobia in sua diaœsi reformauit. Hæc Trithemius de Ioanne Rode, ex

CARTUSIANA. sis
de, ex Cartusianorum Prio, Benedicti-
norum Abate effecto.

PORRÒ, nouimus consimilia Colonię, ad D. Panthaleonē, celebre nimirum eiusdem Benedictini instituti Cœnobium, accidisse. Qui etiam ipsi ex nostra Agripinensi hac Cartusia duos habuere Abba-
tes. Quorum primus **JOANNES DE D U O C O L O N I E N S E S C A R T U S I A N I**, cognomento **S I G M I D E**, trigesimus quintus loci istius Abbas Abbates ibi-
fuit, variaque isti monasterio beneficia dem ab S. Panthaleo-
præststit, obijtque anno Domini 1464. **nem.**

Alter verò **G O D E F R I D V S L E C H - N I C H**, immediatè ex Cartusia, Pâthaleo-
nistarum omnium suffragijs, Superiorum
annuente consensu, extractus, præfato
JOANNI in eodem officij genere succe-
dit, licet non pari euentu. Resignauit
namque triennio ante obitum officium
hoc, atque ad Præposituram propè La-
cense monasterium **B o y h h o s d i c t a**, di-
uertens illic in Domino obdormiuit, sub
Innocentio VIII. & Roberto Coloni-
ensi Archiepiscopo, anno nimirum Dñi
millesimo quadrageentesimo octuagesi-
mo tertio. Atque hæc posteritatis ergo
inferenda hic putaui.

CAETERVM, ad propositum rediudo,
sciendū **IOANNEM Rode** scripsisse p re-
formatiōe Monachorū *constitutiones utiles*,

Scripta Io-
annis Rode.

quarum initium est : *Cum diuinum officium, cui, &cæt.* Item, *de qualitate Abbatis librum vnum, cuius initium; quoniam ab alto procedit omnis: nec non & alia quædam, vti Trithemius quidem ait, nobis verò incognita.* Obiit verò anno 1439.

Fol. 123. editio eius Ingolstadianæ, apud Weissenhornios, anno 1551.

prima die Decembri, in oppido dicecis Argentoratensis, vulgo Monhaber (vti Casparus fatetur Bruschi Centuria prima præcipuorum Germanicæ Monasteriorum) cùm præfuisse Abbatæ S. Matthiæ annis admodum viginti, vel ut idem Bruschi putat, octodecim. Sepultus tamen est in dicta Abbatia ante arca Prothomartyris Stephani, in abside dextra obei: ad cuius tumulum leonini huiscemodi reperluntur versiculi.

Hic iacet in tumba vas Ordinis, alta columna Abbas donatus, IOANNES RODE rotatus:

Collectis membris primo succumbo Decembri, Tricesimo nono C. quater M. quoq; solo.

Vixit in Brabantia, anno ius ideo hinc mentionem facere visum fuit, 1390.

IOANNES ROISBROECHIVS, Cu-
bantia, anno ius ideo hinc mentionem facere visum fuit,
vt alijs errorem hunc eriperem, qui vo-
lunt nostri illum instituti fuisse. Ita enim
ait Sixtus Senensis libro quarto Biblio-
thecæ suæ Sanctæ: *Ioannes Ruisbroechius,*
CARTVSIANVS, summus atque sanctif-
simus vir, &c. Quin & Thomas Bozius

a enu-

enumerans germanicæ aliquot nationis a lib. 9. de Cartusianos, qui literarum suarum mo- signis Eccles. numentis Christianum illustrarunt or- c. 12. infine. bem, etiam *Ruyssenbroechium* inter illos collocat: cùm tamen iam dudum ante nō solùm b Trithemius fassus sit, illum fuisse Priorem canonicorum Regularium vallis ^{b. de scripto-} ^{rib. eccles.} viridis propè Bruxellam, verum etiam Thomas Campensis: qui vitam ac res ge- stas Gerardi Magni stilo prosequens, ita inter cætera ait: *c. Audiens pius & humilis M. Gerardus magnam ac celebrem famam V. Domini 10 annis Ruisbroechij, religiosi Prioris vi-* *ridis vallis propè Bruxellam, perrexit ad partes Brabantie, &c.* Debet hoc tamen Christia- na Res publica nostræ huic Colonienfi Cartusiæ, quod P. Laurentius Surius præ- fati Ruisbroechij opera omnia ex Germanico idiomate in linguam latinâ trans- tulerit, impressa apud næredes Ioannis Quentelij in folio, anno 1552. Item recusa apud eundem, anno 1688. Vixit verò Ru- esbroechius anno nonagesimo, supra millesimum trecentesimum. Malè autem (vt plurima alia) duo ponuntur à Iacobo Frisio, Tigurino, in sua collectione Gef- nerianæ & Simlerianæ Bibliothecarum Ioannes Ruisbachius, & Ioannes Ruisbroe- chius, quasi duo diuersi fuerint.

JOANNES SVVEERTIVS, natione Bra-
O s bantus,

Vivit etiam
num apud
Eburones,
an. 1608.

Vivebat
an. 1439.

Scripta que
ad posteros
transmisit.

218 BIBLIOTHECA

bantus, patria Diestemius, professione A^o grippinas, transtulit nonnulla Ludouici Granatensis opuscula, eaq; Belgico idiomate donavit: impressa Leodij, vel (vt Lipsius mauult) Leodici. Redegit etiā in Epitome eiusdem Granatensis Conciones: multò nimis elegatius accuratiusq; quā Cratepolus: adeo vt si in lucē Compendiū hoc prodiret, posset haud dubio magno esse concionatoribus breuitatem adamatisbus, adiumento. Vivit verò Author etiamnum sospes ac sanus in Cartusia Leodiensi.

IOANNES TENEREMUNDANVS, insigni Flandriæ oppido, Scaldi adiacente, oriundus, fuit vir diuinarum literarum cognitione, ac vita sanctimonia, vti & Trithemius & Posselinus contestantur, admodum præstans. Quippe qui non solum magna cum laude præfuit Cartusiæ isti Siligniacensi, quæ in Sabaudiæ partibus celebris est, atque ad Burgundiæ Provinciam pertinet: verum etiam eximijs aliquot literarum monumentis claruit: è quibus Trithemius hæc commemorat.

1. De notitia Dei.lib.1.
2. De reparatione lapsi.lib.1.
3. De gaudio hominis.lib.1.
4. De fide Christiana.lib.1.
5. De Conceptione B. Mariae.lib.1.

6. De

CARTVSIANA.

219

6. De natura & lapsu hominis.lib.1.
7. De amore Dei.lib.1.
8. De sacramento altaris.lib.1.
9. De honore Dei.lib.1.

Alia quoque (verba sunt Petri Sutoris) dicitur eleganter composuisse, quæ necdum ad publicam notitiam peruererunt. Floruit circa annum Domini millesimum quadringentesimum vicesimum. Q^{em} e quidem miror Boltium silentio præterisse.

IOANNES VENETVS, vide supra Ioannes à Deo.

IOANNES VVEITMAN, liberalium obijisse dictarium Doctor, atque ante Ordinis inter in Suevia gressum (vti Patres nostri Herbipolenses an. 1509. suis mihi literis communicarunt) parochialis Ecclesiæ alibi Pator, scripsisse dicitur librum meditationum vita & passionis Domini nostri IESU Christi; obijisse verò anno ab Orbe redempto, millesimo quingentesimo nono. Fuit autem professus domus aulæ Beatæ MARIAE in Buxia, propè Memmingam, Sueviæ oppidum.

IVDO CVS HEROLT, natio-
ne Germanus, professus verò domus Tuckelhuissianæ, quæ in Franconia est, ac quarto circiter à VVirceburgō lapide, edidit sermones de Sanctis, ab aduentu vsque

visque ad Epiphaniam ; nec non & alioſ quosdam de eadem materia sermones, mihi non viſos. Vixit verò, vti Herbipolenses referunt, anno Domini millesimo, quadringentesimo, septuagesimo quarto.

*Floruit in
Cartusia Er-
phidianæ
an. Christi.
M.D.XXV.*

I V D O C V S H E S S U S , ex Priore domus pontis B. Mariæ in Astheim , quæ tribus V V irceburgo distat miliaribus , Erphidianæ Cartusia moderator circa annum Domini 1540. effectus , celebris admodum quâ doctrina , quâ pietate exſtitit ; neque ad id ſolum animum mentemque adiecit , vt anno reparatæ ſalutis 1539. inſignes illas G V I L E L M I Bibaucij ; de quibus alias diximus , Capitulares sermones in lucem proferret , ſed & ſuapte ingenio eruditas aliquot conſcripsit sermones ; adeoque & carmine & orationis elegantia excelluit , vt verſibus Hexametris sanctissimam D. B R V N O N I S vitam profecutus fit , & præter alias orationes quæ exſtant , etiam de o- ptimi pastoris officio ſcripſit , deque ouium pra- feitura orationem composuit , quam ha- buit anno 1531. In cuius effigiem ad viuū , quod aiunt , delineatam , quidam hoſce lufit veriſculos .

Luftra mea vita numerans vndena Iodocus

Hefſus, adhuc vegeto pectore talis eram.

Cartuſianus eram princeps, vatesque diſertus,

Hinc dedit ars nomen, vitaque ſancta mibi.

Obijt

Obijt Erphordia in Thuringia an-
no 1539.

L

L A M B E R T V S P A S C V A L I S , Conflu- *Vixit in
Cartusia Cō-
fluentina an;*
entinæ moderator Cartusia , vir fuit non doctus ſolum ; ſed & laboriosus ; adeo vt M.D. XL. in edendis D I O N Y S I I R I C K E L I I lucu- brationib⁹ non parum operæ & ipfe im- pendit videatur : maximè vero in pro- mouendis promulgandisq⁹ eiusdem Commentarijs in epiftolas omnes D. Pauli ; quas illuſtrissimo Principi , ſimulac opti- mo Christianæ fidei affortori Carolo , tūc Geldriæ ac Iuliæ Ducī anno Domini M. D. XXIX. inscripſit . Culus quidem Præ- fationem hiſe auſpicatur verbis . Evidēm Patrum noſtrorum , publico nomine ſucepti iā pridem negoti⁹ huīus , quo DION YSII noſtri doctissimi , amplissimique Theologi , primam pa- ramus editionem , plurimum fæliciter me præ- ſtitiffe arbitror , illuſtrissime Princeps . Quod mea illud recommendatione præcipue factum eſſe videtur , vt eum benigno animo , ne dum in patrocinium ſuum ſucepterit clementia tua , ſed , &cæt . Qujn & huic eidem L A M B E R - T O P A S C V A L I virtutis ac eruditionis ergo Agrippinensium Typographus , iſta ætate per celebris , Melchior Nouelia- nus anno M. D. XL. dedicauit Ioannis Caffiani libros XII. à Dionyſio Rickelio para-

Promonit
quoque sua
opera editio-
nem scripto-
rum Dionysi
Rickelij, ali-
aque non
nulla.

Vixisse vi-
detur circa
annum Do-
mini M.
CCCC.

paraphrasticè redditos; vbi PASCALEM
hunc, adeoque & totum Cartusiensem
Ordinem huiuscmodi verborum præ-
conio commendat. *Laudandum est tuum,*
atque adeo totius familiae vestra consilium,
quibus satis non est ipse pie christiane que viue-
re, verum & proximum eodem adducere pro-
positum est, nec quicquam à vobis prætermitti-

tur, quod istuc vrile fore videatur. Quod licet
vnuis DIONYSIVS à Rickel vestra opera ac
impensa bona ex parte in lucem editus, locuple-
tissime teletur, innumerā tamen & alia non
minus illustria exēpla vestra diligentia exstant
præclarissimorum scriptorum (quos ex plus qua
Cimmerij tenebris eruisti) puferis traditorū.

Hec ille. Ceterum si quid præterea auctor
hic librorum conscriperit, aut si qua vitę
sanctimonia floruerit, incompertum no-
bis est, nisi quod magnoperè doleamus,
paucas admodum reperiri Cartusias, qua-
rum Moderatores literarum à suis olim
conscriptarum monumenta, vel etiam res
præclarè ab ijsdē gestas, nobis cōmunicēt,
aut transmittant. Adeo vt nonnunquam
timide in rebus dubijs procedere, ac quasi
in tenebris palpare oporteat.

LAVRENTIVS IUSTINIANVS, non
quidem Venetiarum ille protopatriar-
cha, qui ex Cœlestinorum familia, præc'a-
ra aliquor ingenij sui monumenta ad po-
steros

steros transmisit, nostrisque, vti ex vita eius constat, familiarissimus extitit; sed alter eodem nomine, licet professione Cartusianus. Quem miror à Possevino ac prefatione Sixto Senensi inter scriptores Ecclesiasti-^{Tom. 1. S. r. 3. Janu-}^{cos non connumerari, cùm ediderit insi.}^{arij. Lege cap. 4.}^{12.}

gne quoddam opusculū, quod HOR TVM
DELITIARVM indigitauit, prodijq; a-
pud Insubres Mediolani, anno Dom. M.
D.XV. in quarto: adeo vt circa illa tépo-
ra auctorē in Cisalpinis partibus floruisse
credibile fit. Porro, ille quidem vti erat
in signi præditus animi demissione, ita
noluit suum operi præfigere nomen.
Quod tamen Gaspar Bracellus, dedicato-
riam præfigens, postmodum suppleuit: in-
scribens nimirum ipsi auctori proprias
hasce suas lucubrationes: idque hisce ver-
bis. Solent plerique qui literarum operantur,
dum laborum suorum fructus alij degustādos
proferunt, delectionem duntaxat illis ostende-
re, quam ex cultura sua studijs percepere.
Sunt quigloria cupiditate illecti, ijsdem labo-
ribus insudant. &cæt. At tu pientissime Pa-
ter (ipsum Iustinianum Laurentium
alloquitur) eadē animi magnitudine
qua illa contempsti, quæ reliqui mortales
admirantur, cùm ad vera doctrina cultum
animum intenderis, non gloriam, non pra-
mium, appetenda tibi proposisti. Sed in
latifisi-

latissimo diuinarum scripturarum campo die noctuque operatus (ex his equidem verbis arbitror hunc auctorem nostrum non nullos etiam alios conscripsisse libros, qui ad nostram notitiam non peruererint) eam frugem inde collegisti, qua hominum cœtus cœlesti veluti ambrosia pasti, ad veram felicitatem alerentur. Cūm sancti & eloquentes viri, qui suis in concionibus homines aut à virtutis deterrent, aut ad virtutes cohortantur, ex pleño hoc DÉLITIARVM HORTO (ita namque liber hic inscribitur) ea possint depromere, qua ad certam animarum salutem hominibus conducant. Hæc illes cæterum auctor ipse (vt nimirum argumentum libri intelligas) in conuersione, inquit, mea primordio, cum ob mentis recreationem auctoritates Patrum Sanctorum legerem, qua postmodum ut scilicet ordinati in madum alphabeti: vt qua ad meditationem, prædicationem, disputationem ibidem essent utilia, lenius reperiuntur. Porro operis exordiū, hâc ad D E V M prece auspicatur. Domine Deus meus, da cordi meo te desiderare, desiderando querere, querendo inuenire, inueniendo amare, amando mala redimere, redempta non iterare. Reliqua verò de auctore hoc, nempe, in qua Ordinis domo vixerit, quid officij administrauerit, quaque ætate obierit, nobis incompta:

LAV-

LAVRENTIVS cognomento Mvs-
CHESELE, origine Flander, quanto ani-
miferuore mundana omnia missa fecerit,
atque ad celebrem illam Cartuliam, quæ
propè Angianum Hannonie oppidum si-
ta est, sese contulerit, constat ex cap. 25.
lib. 7. chronici Petri Dorlandi, nec non &
capite 35. Arnoldi Boltij. Quem & hisce
insuper verbis Sutorius noster commen- Lib. 2, vita
dat: Laurentius Pater celebris, virtutibusque Cart. Trac. 3.
ac literis affatim referitus, magno animarum c. 7 pag. 98.
Zelo effervuit: quas opere, lingua, calamoque
Christo lucrari studuit. Sed & tanta deuotio clarnuit reue-
ne, ac vita sanctimonia præditus fuit, vt latioribus
& diuinis revelationibus fuerit dotatus. Si diximus.
quidem à beatissima Virgine & Martyre Ca-
tharina (quam vnicè dilexit) crebrus visi-
atus, & rosa cœlesti vice quadam donatus
effetur. Quid & Dorlandus suo quo-
que confirmat testimonio, loco supra ci-
tato. Scripti autem inter alia, inquit idem
Sutor, de amore silentij & solitudinum librum
vnum; Item tractatum de * seruilo(nisi men- * Forstan-
dum forè sit in exemplari) Domini nostri seruum ro-
tesv Christi, & alia quedam. Porro quæ lacum in el-
ligit.
nam ista alia sint, non refert, nisi quod a lib. 7 chro. Dorlandus ait, composuisse eum, vel po- Cartus. c. 25.
tius cœlitus hauiisse EXERCITIVM pag. 438.
QVOD DAM SPIRITALE de Paruulo & lin. 9.
Agno, quo tempore diuini officij, ex debi-
to per-

Obiit an. Dō.
1477. 3 Dec.

I. Iob. 4. 18.

to persoluendi, magno cum fructu vti erat solitus, estque horis Canoniceis ad morem Ordinis Cartusiensis, accommodatum, reperiturque penes nos manuscriptum. Vixit vero hic pientissimus Pater in Ordine ad annos plus quadraginta, sicutque ostennio Prior in praefata domo Capellæ, ac tandem non sine sanctitatis opinione anno Domini 1477. hic ad Superos emigravit; dicens nimirum, *se nec mortem timere, nec diabolum mortis autorum, adeoque nec infernum ipsum: quippe, cum perfecta charitas foras mittat timorem.*

*Obiit Coloniæ.
an. 1578.
23. Maij.*

L A V R E N T I V S S V R I V S , patria Lubeccensis, eti inter haereticos natus & educatus, attamen de eo non immerito dici potest, quod olim de B. Malachia Hyberniæ Antiistite scripsit D. Bernardus, nihil scilicet magis de haeresi contraxisse, quam pices de sale marino. Nec mirum, à teneris namque vnguiculis Coloniam Agrippinam, studiorum caussa, missus, ibidem cum Canisio, alijsque aliquot catholicorum ciuium liberis, piè ac modestè adoleuit: donec tandem post absolutum studiorum suorum curriculum, contractâ illic in Cartusia cum P. IOANNE L A N S P E R G I O familiaritate, illorum amplexu inititutum: exercens se cum primis in verten-

vertendis deuotorum, doctorumque aliquot virorum lucubrationibus.

T R A N S V U L T enim è germanico in Latinum sermonem *conclaves omnes Ioannis Thauleri*, ^{Scripta P. Surij.} ^{I.} *Thauleri*, *quas Gerardus Hamontanus ista tempestate Cartusie huius Praefectus, anno à partu virginis supra millesimum quingentesimum quadragesimo octauo, dedicauit Adolpho Archiepiscopo Coloniensi: quæ vti tunc ibidem in folio typis promulgatae fuere Ioannis Quentelij, sic iam nuper eadem in forma 4. recudit Arnoldus Quentelius.*

I T E M XV. *Conclaves de sacro sancto Missa sacrificio Michaelis Sidonij*, Episcopi Merspurgensis latine loquentes fecit, impressas Coloniæ in folio, anno 1552.

Dedit quoque latinis auribus doctum ac prolixum illud opus D. *Ioannis Gropperi de SS. Eucharistia Sacramento*, siue de veritate corporis & sanguinis Christi in eucharistia, impressum Colô. in 4. an. 1560.

L I B R O S etiam quinos *Institutionis viæ Christianæ* Florentij Bataui, Cartusie Louaniensis Prioris latine est interpretatus: suntq; impressi in 8. Coloniæ in officina Quenteliana, anno 1552.

Ité sermonē Martini Eisengreinij; *cur tam multi ad Lutheranismum hodie deficiant.*

Quin & opera *Ioannis Ruisbroechy* è bel-

II.

III.

IV.

V.

gico sermone in latinum transtulit, impressa Coloniæ in officina Quenteliana, anno 1552. nec nō & libellū quendam insigne, qui inscribitur *compedium veræ salutis*, estque in 16. excusus Coloniæ.

VI.

Henrici quoque Sufonis opuscula omnia latine est interpretatus; nec non & scripta quædam doctissimi nostræ ætatis viri FRIDERICI STAPHYLI: nēpe illius apologiam 1. de vero germanoꝝ, sacra scriptura intellectu, 2. de sacrorum Bibliorum in idioma vulgare translatione, 3. de Lutheranorum concionatorū inter se consensione. Quæ quidé omnia in 8. prodierunt Colō. apud Quentelianos, a. 1562. dedicata nim̄irum Episcopo Leodiēti D. Roberto à Bergis. Porro prodrorum eiusdem Staphyli aduersus Iacobum Smidelinum, concionatorem Goppingensem eodem anno Coloniæ editum, atque à se cum auctoris consensu, imò rogatu, translatum, inscriptis sat longa præfatione Moguntino Archiepiscopo Danieli à Brendel.

VIII.

AT QVE hæc ferè sunt, quæ exercitationis cauſa ex Germanico latinè reddidit. Cæterū ætate iam adultior, ingenti labore opus quoddam HOMILIAVM est aggressus. Colligens in vnum corpus eximias aliquot priscorū Ecclesiæ Patrū Homilias. Quibus suo marte adiunxit exegeticas

IX.

ticas in totius anni epistolas, cōciones, impreſſas Coloniæ, apud Maternū Cholinum, a. 1569. & 1576. Maximiliano Imperat. dedicatas. Authores verò ex quibus præfati Homiliarum opus collegit, sunt hi.

- | | |
|------------------|----------------------|
| 1. Origines. | 12. Isidorus. |
| 2. Hilarius. | 13. Beda. |
| 3. Ambrosius. | 14. Albinus. |
| 4. Chrysostomus. | 15. Theophylactus. |
| 5. Hieronymus. | 16. Oecumenius. |
| 6. Seuerianus. | 17. Rabanus. |
| 7. Augustinus. | 18. Eusebius Emesen. |
| 8. Maximus. | 19. Haymo. |
| 9. Leo. | 20. Audbertus. |
| 10. Fulgentius. | 21. Ericus. |
| 11. Gregorius. | 22. Bernardus. |

Non exiguis quoq; vigilijs Surio constituit collectio quatuor Tomorū Conciliorū, Colon. a. 1567. impressorum, ac Regi Hispaniarū Philippo II. dedicatorum. Quod quām gratum Regi munus fuerit, declarauit insignis eius erga SVRIVM liberalitas. Quando nim̄irum Duci Albano in mandatis dederat, vt gratitudinis cauſa quingentos ei florenos adnumeraret.

X.

PORRO modis omnib; cōmendatissimus est Ecclesiæ ac toto christiano orbi eiusdem Patris SVRIV indefessus labor & industria, qui vt perfectum sacrarum corporis historiarum, de Diuorum rebus præclarè

clarè gestis, posteritati relinqueret, omni studio elaborauit, atque etiam tandem summa cum nominis sui laude perfecit. Laudādum siquidem eius studium, quod in conquerendis vndiq; varijs manuſcriptis codicibus, adhibuit. Nec paruam laudem meretur cura illa laborque indefefſus, quod, vt eruditio Lectori gratificare tur, vitas aliquot rudiori ſtilo cōſcriptas, latiniores ornatioreſq; reddiderit, ac per duodecim mēſes, adſignato cuilibet ſuo die, quādo hinc ad ſuperos emigravit, cōuenienter diſtinxerit. De quo equidē inſigpi labore, quid ſātissimus ille christiani orbis Praeful P̄lus V. ſenſerit, hiſce i-
a in ſpeciali
diplomate ad
Suriū miſſo.
pſe ad Suriū verbis teſtatur: *a Librum, Sanctorum vitas continentē, à te nuper editū, atq;
ad nos miſſum, libentissimē accepimus. Qui qui-
dem ed etiam gratior nobis fuit, quod opus in ſe
continet à nobis ſemper deſideratū, & ad refel-
lenda hæreticorum, in eadem Patrū Sanctorū
hiſtorias, maledicta, aptissimū. Laudamus itaq;
pium hunc labore tuū, teq; quod coram Domino
vacuus apparere nolueris, debit is in Domio lau-
dibus cōmendamus.* Impreſlit hos tomos oēs
aliquoties Geruinuſ Caleniuſ, ac hæredes
Quētelioſ. Verum quia operoſores ſunt,
quām vt ab occupatioſibus legi queant,
& cariores, quām vt à tenuioribus emi,
hinc poſtea permot⁹ Pater Zacharias Lip-
peolo-

peloo⁹, eosdē elegati ſtilo in Epitome cō-
traxit. De quo ſuo nobis dicēdū erit loco.

INTERIM VERÒ ne COMMENTARII
rerum in orbe geſtarum immemores ſimus, ſci-
re debet Lector, SVRIVM prout candidi
erat pectoris, ac posteritatis amans, inuitum
quasi ad hoc ſcriptionis genus fuſſe
pertractum. Cupiebat namque catholi-
cæ iuuentuti ē manibus eripere commen-
ticias illas Carionis ac Sleidani fabellas,
atque ideo Sereniffimus Bauarię Dux Al-
bertus libens in ſe fuſceperat, ſe res iſta
ætate christiano in orbe geſtas, bona fi-
de SVRIVO ſuggeſturuſ. Quas deinde
Michael ab Iſſelt ab anno Domini 1574.
viſque ad annum 1585. quando nimirum à
Parmenti Principe Antwerpia ad Catho-
lici Regis obedientiam poſtliminio redi-
re coacta eſt, perduxit: prodieruntq; eo-
dem anno Coloniæ in officina Quenteli-
ana. Henricus quoque Fabricius poſtmou-
dum Spirenſis Suffraganeus, eundem Su-
rii rerum in orbe geſtarū Commentariū,
germanicè tribus partibus tranſtulit.

CAETERVM Surius poſt absolutos Sā-
tuarum historiarum Tomos, cūm illorū
ſociari cōſortio, quorū vitas Orbi chri-
ſtiano cōmēdauerat, magnoperè anhela-
ret, in conſuetā orationis ſede, placide
conquiescens, ſeſtice ad ſuperos euo-
lauit,

Iauit, vigesimo tertio Maij , anno partus virginis septuagesimo octauo supra sesquimillesimum, etatis quinquagesimo sexto, professionis vero trigesimo sexto. Ad cuius germana effigie vir quidam insigniter doctus nonnullos adiecit versus , e quibus pauculos hosce delibauimus.

Effigiem Surij dum cernis candide Lector,

*Quin, capiat tanti fructus amorq; viri.
Qui lucrum duxit mundo latuisse superbo;*

Delicias castâ mente vacasse Deo.

*Clara LVBECA neci genuit, sed carior illi,
Quà patet ad vitam, sedula cura fuit.*

*Omnibus vt PAVLI iuxta decreta, salutis
Ansæ foret, cunctos, omnia factus, obit.*

*Dum sermonे colens latio monumenta piorū,
Eximias sanè suppeditauit opes.*

*Sændorū preclara quid est certamina magnis
Sex celebrata Tomis, quod dedit vna manus
Septimus adiungi dum ceptus, turba beata
Celicolum studijs præmia dignaparans.*

*Sat Superis factum, dixit, donetur Olympo,
Emeritus nostrum infere CHRISTE chorus.*

*Nec mora, præsties SVRIO mors propta sedeti
Intrepidum ad Superos cuspide pædit iter.*

*LIVIUS AMMONIVS professus Syl-
vae S. Martini, (distat autem hæc Cartusia
vnius circiter dici itinere à Gandauo)
& Procurator domus Gandensis, scrip-
fit librum (sic enim in antiquo quodam*

M. S.

M.S. codice repperi) de filio prodigo. Quan-
do autem vixerit, obieritque, mihi peni-
tus incertum.

LUDOLPHVS SAXO, vir qui præstanti
pietate, eximiaque eruditione, celebre si-
bi apud posteros nomen peperit. Edidit *Floruit sub
Ludovico
IV. circa an-*
*namque magnæ utilitatis pietatisque ope-
num Domini
1330.*
*In quibus comprimis est Vita Domini
nostræ IESV Christi, quam ex quatuor Eu-
angelistarum textu conflavit, ac lucidissi-
mis non minus quam deuotissimis com-
mentarijs explanauit; adiectis ad finem
singulorum capitum precationibus quam
pientissimis, præcedentis Capituli argu-
mento deferuentibus. De quo ita Hart-
mannus Schedelius Nurimbergensis: a L. - a In historia
DOLPHVS Alemannus, Ordiniu Cartusiensi, sua, seu Chro-
Prior Argentinensis , vir doctrina ac morum
sanctitate conspicuus, per optimè Vitam Domini
nostræ IESV Christi egregio volumine, &
quodam cœlesti artificio, immò diuina potius
reuelatione, quam studio fabricauit. In quo
certè se ostendit venerabilem Virum, & omni-
um rerum tam diuinorum quam humanarum,
& potissimum IESV Christi vita (prout homi-
ni potuit esse possibile) plenissimam habuisse no-
titiam. Et quidem quam auidè hoc Ludol-
phi opus distrahatur, ostendit frequens
illius impressio. Prodiit enim non solum
Parisijs apud Bertholdum Rembolt, sed
P. 3 & bis*

& bisterve Venetijs apud Iuntas, & ibidem apud Dominicum Guerreum, & Ioannē Baptistam in 4. anno 1572. Porrò anno Dñi 1589. recentior quedā prodijt editio per Ioānem Dadraū Theologum Parisiensem; & iam nuper Venetijs postrema, prālo Altobelli typographi, cæteris auctior. Collegit quoq; idem LV DOLPHVS ex B. Hieronymi, Augustini, Cassiodori, & Petri Lombardi sententijs accuratam in *Psalmos oēs Davidicos expositionē*. In qua typicos præcipue sensus consecutur: non ita tamē, vt literalem intelligentiā negligat. Operis initiuū est: *Sicut olim manna*. Recusum verò iam pridem Parisijs, anno 1606. Scripsit præterea *de remedijis contra tentationes spirituales nouissimi temporis*. Adeo ut dubium non sit, quin profundæ eruditio-
nis vir fuerit: maximè cū polt viginti circiter & sex annos in Prædicatorum in-
stituto exactos (vel vt b Sixtus Senelis lo-
quitur *post trigeminum professionis sua annū*) à
Dominicani ad Cartusianos transierit: mor-
tuus deinde in senectute bona apud Patres
nostros Moguntinos. Quos penes dicit
t Bostius adseruari ipsius autographum
de vita Christi propriā auctoris manu ex-
aratum.

lib. 4. Bibl.
Sancte.

c Cap. II. de
viris illustr.
Ordinis Car-
tus.

Vixit in
Burgundia
anno 1580.

LVDOVVICVS GOVDAYS, natione
Gallus, patria Andegauensis, Cartusia Di-
uionen-

uionensis Præfектus, Græcè, Latinè, &
Hebraicè doctus, D. Dionysij Arepagi-
tæ librum de mystica Theologia à se lati-
nè versum è Græco, scholijs illustravit.

^{Oījij verò}
^{in Cartuſie}
Diuionensi
anno M. D.
Claruit verò sub Rudolpho II. Impera-
tore. *Hac Poffeuinus in Apparatu.*

LVDOVVICVS de la T O V R , siue *Vixit etiam-*
TURRIANVS, professus Cartuſie Leodi-
censis, carmine numerali percœluit oēs ex
Ordine nostri instituti Generales, quot-
quot ab ipso D. BRUNONE ad sua v̄sque
tempora exitere: impressum q; est Colonię
apud Lambertū Andreæ An. M. D. XCVII.
Verum quia operiorum incuria literæ
numerales nō debitè suis vbiq; locis col-
locatae erant, hinc PP. nostri Herbipolen-
ses suis expensis correctiori elegantiōriq;
typo idem illud CARMEN VVirceburi
apud Georgium Fleischmannum recudi
curarunt, anno nimirum M. D. C. VI.

M.

MARCUS CREVTZER, professus do. *Vixit in*
mus Buxiæ scripsisse dicitur *Collatiōes*
capitulares, quales certis quibusdā Solem-
nitatū diebus Ordo Cartusienis palam in * *Sunt solē-*
Capitulo, cōcionis loco recitat: suntq; vt modò M. S.
fertur, in * quarto: cū interim auctor è vi. non verò in-
uis excessisse putetur anno Do. octauo fu- *presi, reperi-*
pra millesimū quadringentesimum: vi ex *unturque in*
scriptis PP. Herbipolenſ. colligere licuit. *Cartuſie Bu-*
xiana.

MAR.

& bis terve Venetijs apud Iuntas, & ibidem apud Dominicum Guerreum, & Ioannem Baptis tam in 4. anno 1572. Porro anno Dñi 1589. recentior quedā prodijt editio per Ioānem Dadraū Theologum Parisiēsem; & iam nuper Venetijs postrema, prālo Altobelli typographi, cæteris auctior. Collegit quoq; idem Lv DOLPHVS ex B. Hieronymi, Augustini, Cassiodori, & Petri Lombardi sententijs accuratam *in Psalmos oēs Davidicos expositionē.* In qua typicos præcipue sensus conlectatur: non ita tamē, vt literalem intelligentiā negligat. Operis initiu est: *Sicut olim manna.* Recusum verò iam pridem Parisijs, anno 1606. Scriptit præterea *de remedijis contra tentationes spirituales nouissimi temporis.* Adeo ut dubium non sit, quin profundæ eruditio- nis vir fuerit: maximè cū post viginti circiter & sex annos in Prædicatorum in-

b lib. 4. Bibl. Instituto exactos (vel vt b Sixtus Senelis loquitur *post trigesimum professionis sua annū*) à Dominicanis ad Cartuianos transferit: mortuus deinde in senectute bona apud Patres nostros Moguntinos. Quos penes dicit C. Bostius adseruari ipsius autographum de vita Christi propriâ auctoris manu exaratum.

c Cap. II. de
viris illustr.
ordinis Car-
tus.

Vixit in
Burgundia
anno 1580.

LUDOVVICVS GOVDAYS, natione Gallus, patria Andegauensis, Cartusiæ Di- uionen-

uionensis Præfetus, Græcè, Latinè, & Hebraicè doctus, D. Dionysij Areopagi- tæ librum de mystica Theologia à se lati- nè versum è Græco, scholijs illustravit.

^{Oījij verò}
^{in Cartuianis}
^{Diuinenijs}
^{anno VI. D.}

Claruit verò sub Rudolpho II. Impera- torre. *Hac Possessum in Apparatu.*

LVDOVVICVS dela T O V R , sine viuit etiam TVRRIANVS, professus Cartuianus Leodi- censis, carmine numerali percēsuit oēs ex Ordine nostri instituti Generales, quotquot ab ipso D. BRUNONE ad sua usque tēpora extirē: impressumq; est Colonię apud Lambertū Andreæ An. M. D. XCVII. Verum quia operariorum incuria literæ numerales nō debitè suis vbiq; locis collocatae erant, hinc PP. nostri Herbipolenses suis expensis correctiori elegantioriq; typo idem illud CARMEN VVirceburgi apud Georgium Fleischmannum recudi curarunt, anno nimurum M. D. C. VI.

M.

MARCVS CREVZER, professus do- mus Buxiæ scripsisse dicitur Collationes Suevia anno capitulares, quales certis quibusdā Solem- nitarū diebus Ordo Cartuianus palam in * Sunt foliā Capitulo, cōcionis loco recitat: suntq; vt. modò M.S. fertur, in * quarto: cū interim auctor è vi. non verò in- uis excessisse putetur anno Do. octauo lu- preb̄si, reperi- pra millesimū quadringentesimum: vii ex untrūque in Cartuia Bu- scriptis PP. Herbipolensi colligere licuit.

MAR.

^{Suevia anno}
^{M. CCC.}

* Sunt foliā

Capitulo, cōcionis loco recitat: suntq; vt. modò M.S.

fertur, in * quarto: cū interim auctor è vi.

non verò in-

uis excessisse putetur anno Do. octauo lu-

preb̄si, reperi-

pra millesimū quadringentesimum: vii ex

untrūque in

Cartuia Bu-

scriptis PP. Her-

bitpolensi colligere licuit.

xiana.